rum generare cum quadam cordis
dulcore et leticia parturim⁹ Sed
malum cum leticia perpetram⁹ Nec
nobis sufficiunt mala nra Sed
sicut Eua adam ita nos alios
maculam⁹ Et eciam sicut ipsa
excusabat se ita et nos in defec
tibus nris excusam⁹ Aut saltem
si possum⁹ in alios retorquem⁹
Dedit nos vescia ligno vite si
mece dum contemplari Et manu⁹
ad lignum prohibitum aplicamus
Non curam⁹ in contemplacione paradisi
delicijs consolari Sed pocius vo
lum⁹ in peccatorum fecibus habi
tare Plus enim placet nobis
in multo labore et sudore vilia
acquirere Quam dum gloriam de
gustare Nisi enim domina nos adiu
uisset forsitan ad infernum profu
dissima venissem⁹ Nec enim esto

q nos valeat excusare cum non te ſ
cuta i omnib9 imitaui9 at ppt hoc dña
Adte ſuſpiram9. Suſpiram9 enim
de tam bone matris abſencia venī
re ad te dña cupim9 ꝫ ideo ſuſpiam9
adte tuū filiū afectantes Suſpiā
mus ad te tamquā puuli tuī deſi
derio Suſpiām9 ꝫ amoꝛe uro Nul
lus enī niſi tuus amor quo erga
te dña ſum9 inebriati intrinſecus cogit
nos dña adte ſuſpiare Quis enī
non te diliget repatte om̄ amoꝛis
caminū pulcritudine ſole dulcorem
melle Bonitatis theſaurꝫ honeſ
tatis ſpeculū omnis ſtitatis exē
plū Quia omnib9 es amabilis oib9
afectabilis omnib9 delectabilis
Sedes es ſapie fluuiꝰ clemētie va
dus deitatis Non eſt qui ſe abſco
dat a caloꝛe tuo Quis g° adte non ſu
ſpiabit amoꝛe Suſpiām9 etiā dolo
re Vndiqꝫ nos anguſtie pmūt Quō
g° non ſuſpiabim9 Solaciū es miſeroꝝ
Refugiū expulſoꝝ liberatio capti
uoꝝ Medicina infirmoꝝ Mater
paruuloꝝ Sponſa adultoꝝ Regina
bellatoꝝ Dña vniūſoꝝ etiā inim
coꝝ Nec eſt qui tue volūtati va
leat obviare Sic aflicti ſic miſi
ad te talem dñam ſuſpiram9 Ge
mētes ꝫ flentes in hac lacrimaꝝ val
le. Tu dña nonne vides q totaliter
ſum9 amaritudine plenī Intus ſu
mus gemētes exterius flentes in
loco lacrimoſo iacentes honerati pecca
tis gemim9 agrauati moleſtijs fle
mus habundātes miſerijs in valle
lacrimaꝝ ſum9 tuū auxiliū poſtulā
tes Hec eſt certe vallis lacrimaꝝ
ad quā omnia lacrimabilia fluūt ge
mebunda decurrūt ad quā flebilia ruūt
Ad hāc valle fluxerūt demones infer
noꝝ peccata pthoplaſtoꝝ miſerie
antiquoꝝ Quid amplius dicā Nec
ſuficio nec ſcio huiꝰ vallis deteſta
bilia enarrare Eya ergo advoca
ta nr̄a. O laudabilis clemētia
creatoris Qui ſic aflictis tam
nobile ſubſidiū dignatꝰ eſt elargiri
O certe dei nr̄i miranda benignitas que
ſuis reis te dñam tribuit advoca
tam vt a filio tuo inter nos ꝫ ipſū
iudice ꝯſtitutū q voluerīs p nobis
valeas impetrare Nec enim dubiū
eſt q nr̄a culpa manifeſte dap
nabat quos ꝯſuat, tūc advoca
tio pietatis O admirabilis erga
nos miſericordia dei nr̄i Quem ne
a ſua fugerem9 ſententia Non ſolū
dignatꝰ eſt ſe a quitate nobis in
iudice vt eſſet deꝰ ꝫ homo ihūs
xp̄s a quo debet ſentētia pmul
gari Sed voluit viſcera miſericoꝛ
die matre ſentencie dñam gloꝛie
noſtra ꝯſtituere advocatam
Et ideo non time dū q miſericoꝛs
miſeris ad illā parte declines
ſentētiā quā defendis ꝫ nobis
exhibeas gratiam gratis Scio enim
q poſt ſentētiā non reſtat apel
lacio ad maioꝛe Quia ſi timere
ſit homo tuus filius Eſt tamē
ꝫ deus filius dei pr̄is Non enim
video dña q tibi aliq valeat
denegari Et q in pte celeſtem
patriā habeam9 hoc eſt certe
q cupit deus nr̄ hoc eſt q de
ſiderat hoc eſt p quo te mrē
ꝯſtituit advocatā Non reſtat dña
niſi ut Illos tuos miſericordes
oculos ad nos ꝯuerte. Non dubito
dña q ſi nr̄as aſpexeris miſerias
Non poterit tua miſeratio ſuū
retardare efectū Mirabilis
nec non admirabilis tuoꝝ radii
oculoꝝ quo nos alicis ad amore
Et plena dulcis ſalute Vene
natos oculos erut baſiliſci
O ve oculi venenati Cur non ofer
tis vos oculis virginis Si multis
pfectam recipe medicinā
Via ſua claritas oculoꝝ tenebras
expellit Efugat catharuas
demonū purgat vicia mētiū
Corda angelica accendit Somes

ad celestia trahit o qua sut beati
dna quos viderut oculi tui · hos
ergo dna oculos ad nos gute
Et ihm benedictu fructu vent
tui nobis post hoc exiliu ostende
o venter mirabilis qui potuit ca
pere creatorem o venter lauda
bilis qui meruit recipe redep
torem o venter desiderabilis
qui emanauit desideriu me cu
grax flumia gloie p mu o ve
ter no venter sed empyreu celu
qui hoc ventre fuit ptiu pditoz
felicitas beatoz deus angeloz
o beatus venter o beata viscea
o dna mea o fons pietatis latq
sactitatis flume bonitatis ven
ter tuus dna o felix venter qui
solem generasti vniuisu repasti
celestem patriam recupasti o
qua pciosus venter qui ptulit
medicina infirmis vitam mor
tuis padisu iustis o venter
eburneus o sedes sapiecie o
venter tornatilis et celsitudo
gloie o venter amabilis et dul
cedo mee o eleuacio mentiu in
ebriatio cordiu suauitas pecca
toz fructus tuus dna hic
certe est fructg beatus a pnci
pio sui ortus hic est ihus dei
vnu filius hic est saluatoz m
dns deus huc ihm benedictu
fructu ventris tui nobis post
hoc exiliu ostende vt ipm vide
do ipm habeamg ipm videndo
ipo pfruam O clemens o pia
o dulcis maria dne · o clemens
indigentib9 o pia exoratib9
o dulcis diligentib9 o clemens
penitetib9 o pia pficietibus
o dulcis ctēplātib9 o clemens
liberado pia largiendo dul
cis te donado o clemens csolā
do pia blandiendo dulcis oscu
lando o clemens in efectu pia in
afectu dulcis in pcceptu o clemens
in cceptu pia in aspectu dulcis
in amplexu o clemens es aflictis
pia delictis dulcis in amore letis
o clemens es subiectis pia in co
reptis dulcis p dilectis o cle
mens o pia o dulcis virgo maria dm

Explicit liber sancti Bnardi qui
vocatur Stimulus amoris finitg
p dopnum Jeroniimu de praga
Heremitam reclusum Ipo die
Sancte lucie virginis et martiris
Ano dni m° ccc°. xxx v°.

Incipit Tractatus Contra hereticos
Bohemos Quem cpilauit dopg
Jeronimg de praga Reclusus
hemita In cilio in Ciuitate Basi
lea Ano dni m° ccc° xxxv°.

Tractatus contra hereticos Bohemos

Amantissimo ac merito ve
nerabili in xpo patri A.
priori monasterij Carthu
sie. Fr. Jeronimus de praga
Sacre heremi Camaldulensis
Heremita reclusus Et omnium
suorum xpi minimus optat salutem
Exegisti a me pater optime atque suauis
sime vt exercicij causa disputacio
nem catholicam Quam nuper contra
Bohemos hereticos In sacro Basilien
Concilio disputauimus Calami oficio
tibi exprimere ac in vnum redigere
tractatum Aiebas enim fore optimi
auspicij Si huiusmodi monimentis
primicias studiorum tuorum consecrarem
facturum quod rem quemcitissimam et
voto et instituto tuo Si non minus
studij opere et diligencie facerem
Quam sanctissimi doctores Jeronimus
Ambrosius et Augustinus fecerunt
Qui contra hereticos plurima scripta
reliquerunt Ego ita quod et si viris
illis sanctissimis ingenio doctrina
et deuocione longe inferior sim
Nulla quod hijs racione conferendus
Nichil tamen minus integrum
existimaui Qua votis tuis tue
quod adeo racionabili de esse postu
lacioni Vtinam tam fauste et feli
citer Qua promte et obtempe
ranter agressus sum Id igitur
eo libencius describere institui
Quo vestris summe spei Carthusie
fratribus atque omnibus catholice
fidei cultoribus summo solacio
vsui et edificacioni fore arbitra
tus sum Tu itaque pater mi optime
atque iocundissime hunc Tractatum
ita leges vt ab ingenio paruum
exercitato editum et compilatum me
memineris In quo si quid incongrue
dictum ofenderis ofendes autem
plurima Jmpericie mee imputes

velim Neque enim tantum michi arogo
vt materiam Catholicam vano colore
rethorum obtundi et obumbrari non am
bigerem Si eam huiusmodi co
loribus subiugarem Ego enim
cum tua istam peticionem michi mi
nime spernendam arbitrarer
malui in me eloquenciam culpari
quam fidem Et incultum sermonem
detestari quam amorem Tibique
so in primis pater optime imputare
debebis Qui in memoriam virium
mearum eas quod amore pocius quam
racione metiens Rem sanctissimorum
atque peritissimorum virorum ab impe
rito requisisti Verum quidem esset
perfecto parum grati et minime ofi
ciosi animi huiusmodi abs te
iniunctum laborem recusare Cum
michi satis grata domus Carthu
sie mansione dignatus es
exhibere Sed ut hoc vel mini
mo precio merce dibili in me
amori tuo satisfaciam Ita tamen
ut per qualicumque operem meo amplis
simum semper oracionum tuarum munus
abs te reposci intelligas Circa
in primis quidem Notandum est quod
Bohemi heretici heresim suam ab An
glia pragam detulerunt In qua
quidem heresi plures quam xxiiij or
articulos hereticos et per sacrum
Constancie Concilium dampnatos
retinent Ex quibus omnia mona
steria et omnes ecclesias in toto
Regno Bohemie igne combustas
funditus destruxerunt Omnes
religiosos Episcopos et sacerdotes ex
quisitis tormentis afectos cru
delissime interfecerunt Vasa sanctu
arij Calices et ornamenta altaris
et Sanctorum reliquias prophanantes
Ex hijs concubinas suas ornauerunt
Omnes ymagines xpi beate marie

virginis et Sacerdos in omni loco gla
dio et igne vbique deleuerunt Sac
tissimum corpus xpi vbicunque re
perunt in terram deiciunt et pedi
bus suis conculcant Sacerdos ipsorum
hereticus dicit missam in foro absque
ornatu ecclesiastico armatus
vel in sola tunica dicens alta voce
pater noster et verba consecracionis in lingua
bohemica consecrat ut ipse putat
simul centum calices et propinat lai
cis mulieribus et paruulis sugenti
bus vbera Et cum sint pessimis
erroribus involuti tamen ma
gistros suos et legatos destina
uerunt Basileam vt probarent
quatuor articulos quos vocant
diuinas veritates Et cum illis
iiii^or articulis totam heresim suam
volunt excusare Nam vt ait
Isidorus de summo bono Capitulo xiiii^o
Heretici ingenti studio menda
cia sua disserunt Et labore vehe
menti ne ad vnitatem ecclesie
veniant decertant Aliqui autem
heretici in vicem se collidunt vt contra
ecclesiam pari erroris spiritu decer
tent Et qui in vicem sunt diuisi
in aduersitatem ecclesie simul exi
stunt vniti Et sub tali oracione
hereticorum propagati sunt doctores
in ecclesia dei Quia causa heresum
est obscuritas diuinarum scripturarum
in qua caligantes heretici aliud
quam se res habet intelligunt Ego
vero ad improbandum illos iiii^or bohe
morum articulos quia sufficiens
non sum quatuor verba domini ihesu xpi
illis obicio Que ipse dominus posuit dicens

Hoc est corpus meum. Hec
verba domini originaliter scri
buntur luce xxii^o Capitulo Et transump
tiue in canone de consecracione distinc
tione secunda Capitulo Quia corpus. Nemo
itaque confidere potest de acumine

ingenii Nec de sedulitate studii
Sed de bonitate dei Et de humilitate
cordis sui ad investigandum tantum
misterium catholice fidei dicente domino
Confiteor tibi pater domine celi et terre
quia abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus et reuelasti ea par
uulis mathei xi^o Et transumptiue in decreto
causa xxiiii questione iii^a Capitulo Si habes
Ideo Sapientie vii^o scribitur Optaui et
datus est michi sensus Inuocaui
et venit in me spiritus sapientie
vnde venerabilis Cassianus in Colla
cionibus patrum inquiebat Seruum
dei cupientem ad noticiam scripturarum
et sacramentorum pertingere Nequa
quam debere labores suos erga comme
tariorum libros impendere Sed om
nem industriam mentis erga
humilitatem cordis detinere Quia
humilibus et paruulis scripturarum sacra
menta spiritus sancti gratia reuelantur
presertim in materia sacro sancte fidei
catholice et aplice Beato maximo
Episcopo in omelia sic dicente Magni
periculi res est Si post prophetarum
oracula post apostolorum testimonia
post martirum vulnera fidem
veterem quasi nouellam discutere
presumas Et post morientium perica
sudores ociosa disputacione conte
das Ita ut ait Beatus hylarius
libro secundo de trinitate heresis de in
telligencia non de scriptura est Sensus
que non sermo fit crimen Ideo heretici
eciam si totam legem et prophetas
adimpleret Excepto tamen quod catho
lici non sunt saluari non possunt
Quia non est deus in eorum cunctibus
vnde dominus ait Si steterit moyses
et Samuel coram me Non est anima
mea ad populum istum per moysen
et Samuel lex intelligitur et prophe
Quos quamuis heretici opere implere
contendant tamen propter impietatem
erroris vultum dei perdunt Ita
ut ait Isidorus Si hereticus aliquid

bona faciunt opa Nichil eis psunt dice
te dno p iemiam Et opa tua no pde
runt tibi hetici naqz pse placare deo
no posunt Nisi p ecclesiam catholica
Sicut et amici Job p se placare deo no
potuerunt Nisi p eis Job sacrificiu
obtulisset Quia sedm beatu augm
Ubi sana fides no est No potest esse
iusticia neqz vita Quia iustus
ex fide vivit ad hebreos xj° Qua
fidem si haberet hetici No dila
maret corpus xpi qd est ecclesia
Et habet in canone xxiiij q. pa ca°
ubi sana Vn idem in li° de fide ad petr
ait Jn eo qd quis singulis no credit
articulis et Ecclesie institutis
aparet heticus Et xpiane fidei
inimicus Nam qui deliquit in uno
factus est oim reus Jacobi sedo
Et sicut manus vel pes a corpore
abscisus est mortuus Jta heticus
a corpore Ecclesie Catholice abscisus
inter mortuos est deputandus
dicit autem ideo Ecclesia catholica
qz universaliter p totu mundu sit
difusa Sed hetici in aliquo angu
lo mundi aut in aliqua pvincia
vel in una gente inveniunt ver
sari hec ysidorus Bohemi qo heti
ci licet sint in uno angulo mundi
tamen venerunt Basilea ad ge
nerale concilium ano dni cccc°
xxxij°. ut pbaret suos iiijor ar
ticulos qui videntur minus esse
hetici Et p illos iiijor articulos
totam hesim sua defende volebat

Primus articulus ppositus p bo
hemos heticos est iste.

Cum qmo sacramentalis sit de
necessitate salutis dicente dno
Nisi manducaveritis carne filij
hominis et biberitis eius sanguinem
no habebitis vitam in vobis
Ideo sub utraqz specie populo
laicali utriusqz sexus debet
ministrari Sed quia catholici
no ministrant de calice sanguine

xpi laicis et mulieribus ac parvulis
Ideo graviter errat et mortaliter
peccant ac sunt in statu dapnacionis
Sed hunc primum bohemorum arti
culum. dns nr ihus xps superbat
confudit et destruit primo verbo
cu dicit Hoc. in quo verbo ad
nostram informacone exprimitur
sensifica corporis xpi dimensio
que nulli subiecto inheret cu dicit hoc
id est accidens sine subiecto mon
stratur qd etnaliter oculus
nature miratur Sed in oppositu
heticus bohemus sic argumentat
teste philosopho accidens non
potest stare sine subiecto Ergo
in sacramento altaris panis no
transubstanciatur in corpus xpi
sed remanet panis materialis
in quo accidencia id est albedo
sapor rotunditas tamqua in suo
subiecto remaneat. Sed contra
hanc hesim Exclamat sanctus
Jeronimus in simone ultimo dicens
O ihu ineffabilis admiracio
oim novitatum oculi in tuo sa
cramento vident albedinem sapo
rem sentit gustus odorem olo
factus Tactus qz subtilitatem
reperit Sed auditus cordi re
psentat inte illa no fore acci
dencia certe inte sola accidencia
existunt sine subiecto Quia no ut
hetici hominis videtur sensibus panis
materialis est Sed totus xps
ihus integer sicut in celo ad patris
dexteram resides deus et homo.
Jdeo Beatus Ambrosius inquit pa
nis est in altari ante consecracone
Sed post consecracone no panis sed
verum corpus xpi est, Quia sub specie
panis vero xpm in veritate sumitur
Et sub specie vini sanguis xpi in ve
ritate bibitur Beato thoma de
aquino sic dicente Dogma datur
xpianis qd in carne transit panis

et vinu in sanguine vn Bnardus
ait xpus invisibilis sacerdos visibi
les creaturas panis et vini in sub
stancia corporis et sanguinis verbo
sue secrete potencie convertit ubi ve
hemens stupor est de illo quod nobis
demonstrat per pronomen hoc quia
interrogacio stuporis est et admiracio
nis facta ab omni sensu dicit enim
omnis sensus stupens illud actum
tercio repleti omnes stupore et exta
si dicebant Quid est hoc Et ille
stupor et admiracio humanorum sensuum
in corpore xpi Nobis figuratur Ge
nesis xxvij° ubi dicitur quod senuit ysaac
et omnibus sensibus deceptus fuit
preter auditum qui dixit vox quidem
vox iacob est Sic omnes sensus
nostri in hoc sacramento decipiuntur
preter auditum quia audimus dnm
dicentem hoc est corpus meum et sic
verum esse credimus Sed adhuc
argumentatur bohemus hereticus
dicens Omnis relacio realis re
quirit terminum realem Et prius et
posterius relacio realis est Ergo
in sacramento altaris post consecra
cionem necesse est esse panem
materialem tanquam terminum
realiter distinctum Alias in fraccione
sacramenti necesse est frangi cor
pus xpi Sed contra hunc hereticum
exclamat Sanctus Jeronimus dicens
O humanorum illusio sensuum panis
accidencia franguntur partes Et
tamen in qualibet particula
permanens totus et integer xpus
franguntur illa que mentem humanis
sensibus videntur accidencia Et
tamen nec frangeris nec corpe
ris Ac dentes videntur masticare
velud materialem panem Et tamen
nunquam masticaris Beato thoma
de aquino sic dicente fracto de
mum sacramento nec vacilles sed
memento Tantum esse sub fragmen
to Quantum toto tegitur Ideo Sicut
dixit sacramentum corporis xpi

Sicut est indiuiduum cum diuiditur
Sic manet incorruptum cum sumitur
Ita xpus in sacramento partes ma
ducatur et manet integer Totus
in fracto totus in integro Tantum
est in exiguo quantum constat esse
in toto Ubi ergo sunt priores et posterio
res species Nunquid non sunt eedem
cum sunt panis et postea cum sunt corporis
xpi ubi Notandum quod in illis spe
ciebus est identitas et non identitas
Identitas quidem est realis numero
quia eedem species numero que fuerunt
panis sunt corporis xpi Sed non est
identitas habitudinis Quia tunc
erat species panis et vini erat ibi
substantiue et proprietatum Nunc autem
cum sunt species corporis xpi non sunt
ibi substantiue Nec ipsum velant
tangendo Sed potius sicut est
conversio supernaturalis Sic et habitu
do est supernaturalis Et propter hanc
diuersitatem species dicuntur priores
et posteriores ut sit sensus quod
eadem accidencia numero cum sunt
corporis xpi habent omnia illa que
habebant cum essent panis et vini
quia idem color sapor pondus et
huiusmodi Et de hoc stupet huma
nus sensus Cuius stupor descri
bitur in Job ubi dicitur In horrore vi
sionis nocturne stetit quidam cuius
vultum non cognoscebam ymago
coram oculis meis visio illa
nocturna contemplacione tacita
significat quam habet sacerdos
consecrando hostiam Stat enim post
consecracionem quidam cuius vultus
non videtur Quia natura composita
sit dei et hominis qui velatus sub
speciebus panis et vini est occultus
Stat et ymago coram oculis id
est accidencia non inmixta Et de hoc
stupet humanus sensus dicens
cuius est ymago hec quia non panis
et vini ut pretendit Sed corporis
xpi ad quem intellectus non attingit

Sed xpo firmiter credit dicenti hoc
est corpus meu Nempe illud pno
men hoc assumitur ad exponendu
et demonstrandu verum corpus xpi
ut tectu et velatu Et hoc mirabi
liter et congrue Est namq pnomen
hoc neutro passiuu quia substa
tiuatur in neutro genere ut dicunt
gramatici Importat etiam pnome
hoc quandam euidentia corporis
xpi mistici et spualis Est namq p
nome hoc distinctiuu distin
guit enim hoc ab illo quia in veita
te auctor gramatice edocet Quam
pnomia demonstratiua manent
in eodem genere eorum que demo
stratur ideo necessariu est hoc
esse q demonstratur vn dns ait
Verba que locutus sum vobis
Spus et vita sunt Caro aute no
pdest quicquam Johanis viii°.
In quibus verbis duplicem
insinuat manducatione sui cor
poris Carnalem et Spualem
Sed Carnalis manducatio absq
Spuali no pdest quicq ut ait
veritas Spualis aute mandu
catio absq carnali pdest multu
quia viuificat prout patet in
multis martiribus Qui absq ma
ducatone sacramentali in sola
fide que est manducatio spualis
p xpo mortui habent vitam
eternam Na ut ait Augus in li° de
vera penitentia Et habetur
in textu Sententiarum li° iiii° dis ix
Et in canone de consecratione distic
secunda ca° ut quid Ubi sic ait Ut quid
paras dente et ventrem crede
et manducasti ¶ Ex quibus verbis
in oppositu primi articuli bohe
morum medium arguendi assu
mens Correlarie prima infero
conclusione que est talis Cu
duplicis speciei comio sacrame
talis populo laicali vtriusq
sexus Jam dudu precetores

catholice ecclesie virtute diuina
legitime sit inmutata Igitur no est
de necessitate salutis Nec debet
contra constitucone ecclesie vniuersalis
populo laicali vtriusq sexus sub
vtraq specie comio ministrari ¶
Hanc conclusione pbat btus Augus
ad Januariu Et habetur in decreto
distinctione xii in hec verba Illa igitur
que no sunt scripta sed tradita cus
todimus Que quidem toto orbe terrarum
obseruatur Quia datur intelligi q
ab ipsis aplis vel plenariis concilijs
quorum est in ecclesia saluberrima
auctoritas statuta et confirmata
retinentur hec Augus Pbatur etiam
hec conclusio p Constitucionem
sextam primi Colletam Concilii
Constanciensis ...
[note: line begins "Jnquo" –] Inquo psupponitur diu fuisse abla
tam a laicis comione calicis Et
etiam in necessitatis articulo Nul
lo modo laicis sub specie vini commu
nione ministranda ¶ Sacra quoq
Constanciensis synodus nouiter ce
lebrata ut obstrueret os loque
ciu iniqua vetusta illa et sacram
Cantu sub specie panis comione
laicam p constitucone suam
Canonicam confirmauit et approbauit
ac bohemos hereticos opositum
docentes et facientes Condempnauit
et Excomunicauit Nulla quippe
doctrina nec Euangelica nec aplica
precipit q sub specie vini laicis
comio pbeatur Sed imperiti bohemi
ad excusanda sua heresim hec
dogmatisare presumunt Nec consi
derant magna pericula que in
tanti hominum pnegligencia pos
sunt committere Cum quia in quadra
gesima milia psonarum oportet habere
multos calices consecratos
et sepe reimplere et consecrare
ut sufficiat omnibus ex quibus
vinu infundi no potest absq
distilacone in terram Etiam quia
vinu consecratu no potest conseruari

q̃ putreſcat flores emittat vel
in acetu vertat. Et etiā quia ſine
piculo ad infirmos in calice de
ferri nō poteſt. Et etiā quia multe
ſunt ꝓvincie frigide que carent
vino. Ideo ſancta vniuerſalis eccle
ſia caute puidit & pcepit vt
ſub ſola ſpecie panis populus
cōicaret. Quia ibi eſt vera caro
xpi & ſanguis aīa & diuinitas pfecte
integraliter. Et qui de hoc dubi
taret xpianus nō eſſet. Et racio
eſt iſta quia vbi fides catho
lica nō eſt Nullum bonū funda
mētū eſſe poteſt. Ita ſcribitur in
decreto pma q̃ſtiōe ſcd̃a ca° Cū
paulus. Ideo beatus thomas
ſcd̃a ſcd̃e q̃ſtiōe x. articulo xij
inquit maxima h3 auctoritatē
eccleſie catholice cōſuetudo que
ſemꝑ eſt imitanda in omnibus
Quia & ipa doctrina doctorū catho
licorū ab eccleſia habet auctorita
tem. Hoc cōfirmās doctor catho
licus ſanctus Aug9 contra Mani
cheu hereticu. Et habetur in canōe
diſ. xj ca° palā. vbi ſic ait pa
lam eſt q̃ in re dubia fidei Eccle
ſie catholice valet auctoritas
Que ab ipis apl'is vſq3 hodie
recta pſeverat. Glorioſus q3
doctor ſanctus Jeronim9 in eplā ad
Ebidiā viduā. Et habetur in decto
q̃ſtiōe x. in hec vba Nobis ni
chil aliud placet niſi q̃ ab eccl'ia
catholica & aplica receptu eſt
Et q̃ in eccleſia catholica publi
ce dicere nō timem9 hec ſcōm9
Omis naq3 xpianus qui eccleſie
catholice & aplice obedire cōtēp
nit hereticus eſt. Et peccatum
infidelitatis incurrit. Ita pbatur
in canōe lxxxj diſtinctiōe ca° Si
quis. Et quicūq3 cōtra eccleſia
catholica de rogando loquitur

hereticus reputatur. Ita habetur in decto
xxij diſtinctiōe ca° Omes. Et diſtinctiōe
xij ca° Nulli phas eſt. ¶ Sed iam ¶
ad argumēta bohemorū hereticorū
reſpōdeam9. ¶ Arguit pmo bohem9
hereticus ymo blaſfemat eccleſiam
dicens. Eccleſia vniuerſalis Nō potuit
mutare ordinacōnes & ritum pri
mitiue eccleſie in nō cōicando lai
cos ſub vtraq3 ſpecie. Ergo cōmo
ſacramentalis debet populo vtriuſq3
ſexus & paruulis ſub vtraq3 ſpecie
miniſtrari. ¶ Reſponſio. Negatur ¶
aſſūptu quia pſuponit falſum
Quod pbatur ſit eccleſia vniuerſalis
potuit mutare quedā pcepta dei
& pcepta apl'orū que ſunt maiora
Ergo potuit mutare minora
Conſequētia patet. Sed antecedes
pbatur Exodi xij°. vbi pcepit
deus ſātificare & celebrare die
vij. hoc eſt ſabatu ritu ſempi
terno. Et quicūq3 violauerit
ſabatu morte moriatur. Tamē
Eccleſia vniuerſalis cū ſalute ſub
ditorū mutauit diē ſeptimū
in diem octauū. Et ſabatū mu
tauit in die dn̄icū. Quod videtur
eſſe cōtra dei pceptu. Deniq3
Actuū xv° ſcribitur quod apl'i et
ſeniores cōiunctis in cōcilio cōgre
gati decreuerunt magna
maiora pcepta omni populo fideli
ſuadā que pcepta btūs pau
lus aplus diſcurrens ꝑ totam
Syriā fenice & macedonia
pdicabat omib9 ſuadā eſſe illa
maiora aplorū pcepta in hac for
ma. Viſum eſt ſpūi ſancto et
nobis nichil aliud vobis ꝑa
pere Quā ut abſtineatis
ab ymolatis ſimulacrorū. Et
ſanguine & ſuffocato. Et a for
nicacōne. ¶ Tamē Eccleſia
vniuerſalis cōmutauit diſo--

exhijs m°. apłoꝝ perceptis docta
a ſpū ſancto tamen tantum bona conſciencia
nos vtimur ſanguine et ſufocatis
Quia determinacio ſancte vniuerſalis
eccleſie eſt determinacio ſpūs ſancti
in neceſſarijs ad ſalutem Ergo
prima obiectio bohemorum eſt falſa.

¶ Item arguit bohemus hereticus
Dicens xpus in Euangelio luce xxij°
precepit communione ſub vtraqꝫ ſpecie
Cum accepto pane et calice dixit
diſcipulis et omnibus fidelibus hoc
facite in mea commemoracionem
Apłus quoque ad Corintheos xj° precepit
dicens probet autem ſe ipſum homo
et ſic de pane illo edat et de calice
bibat Ergo populus laicus vtriuſ
que ſexus et paruuli debet de calice
bibere ſicut ſacerdos ¶ Reſponſio
Negatur argumentum Quia impli
cat contradictionem. vt probatur ſic
Nam xpus in hijs verbis non precipit
manducacione et bibicione ſacra
mentalem corporis et ſanguinis ſui
Sed in hijs verbis ordinauit apłos
ſacerdotes dans eis poteſtatem
et omnibus ſacerdotibus conſecrandi cor
pus et ſanguine ſuum Quando dixit
hoc facite in mea commemoratione
Sacerdotes namque in perſona eccleſie te
nentur ſub vtraqꝫ ſpecie communicare
in commemoracione paſſionis xpi
Laici vero tantum ſub ſpecie panis
debent communicare Et racio eſt iſta
Quia non plus nec minus eſt totus
xpus ſub ſola ſpecie panis Sicut
eſt totus ſub vtraqꝫ ſpecie ſimul
vt probat Glorioſus doctor Sanctus
Jeronimus in vltimo ſermone dicens
Sed quomodo pie ihū que celi et terra
continere non poſſunt Sub modica ſpē
panis et vini contineris integer et
totus Et ſic ſub ſola ſpecie panis
totus Sicut ſub [struck] vtraqꝫ ſpecie
ſimul Sacerdos namque communicans ſub
vtraqꝫ ſpecie non plus nec minus
ſumit de re ſacramenti Quam laicus
Qui communicat tantum ſub ſpecie pa
nis vt probat Sanctus Thomas
parte tercia queſtione lxxx articulo
xij°. Et magiſter ſentenciarum li°
iiij°. diſtinctione xij dicit Sub vtraqꝫ
ſpecie totus ſumitur xps Nec plus
ſub vtraqꝫ Nec minus ſub vna tan
tum ſumitur Eadem quippe racio
eſt vt ait beatus hilarius in cor
pore xpi quem in manna preceſſit
Exodi xvj° de quo qui plus colle
gerat non habuit amplius Nec
qui minus parauerat non habuit
minus Et habetur in Canone diſtinc
tione ſecunda Ca° vbi pars ibi totum
Sancta itaqꝫ viatrix eccleſia ca
tholica et apłica fideliter credit
et tenet quod ſub ſpecie panis p
ſe in ſacramento altaris eſt verum
corpus xpi et ſanguis ſecundum qua
litate et quantitate cum diuinitate
et cum anima Conferens vitam eternam
digne ſumenti vt probat dñs nr̄
ihūs xps Johannis vj°. dicens Et
qui manducat me viuet propter me
Non dicit viuet propter vtraqꝫ ſpeciem
panis et vini quia talem vitam
ſpecies panis et vini conferre non poſ
ſunt Ideo Catholicus doctor Sanctus
Jeronimus ſic ait dupliciter intel
ligitur Caro xpi vel illa que cru
cifixa eſt vel illa ſpiritualis de qua
dñs ait [struck] Qui manducat
meam carnem et bibit meum ſan
guinem in me manet et ego in eo
Et habetur in decreto de conſecratione
diſtinctione ſecunda Ca°. dupliciter vt
exponens beatus Auguſtinus ſuper Johannem
ait Quid eſt manducare carnem
xpi et ſanguinem eius bibere Niſi
in xpo manere et xpm in ſe ma
nentem habere Nam qui non ma
net in xpo Et in quo non manet
xpus Non manducat carnem xpi
quamuis videat ſacramenta corporis

xpi masticare dentibus suis. Ex quo
patet quod illa verba Euangelij que
allegat bohemi heretici Nisi mandu
caveritis carnem filij hominis et bi
beritis eius sanguinem non habebitis
vitam in vobis. Non posunt verifi
cari de manducacione et bibicione
carnali et sacramentali corporis et
sanguinis xpi quod probatur sic Quia
illa verba euangelij sic intellecta
primarie de manducacione et bibicione
sacramentali falsificarentur in paruulis
pueris noviter babtisatis et sta
tim mortuis. Et in beato latrone
qui fuit crucifixus cum domino. Et in beato
porphirio et quinquaginta oratoribus
quos sancta Katherina conuertit ad
xpm. Et alij plures martires
qui nunquam manducauerunt corpus
xpi nec biberunt eius sanguinem
sacramentaliter. Et tamen habent
vitam eternam quod probat beatus Augustinus
libro secundo de babtismo paruulorum
Et habetur in canone de consecracione
distinctione iiij^a^ capitulo Nulla vbi sic
ait Nulla preter babtismum salus
promittitur infantibus. Quia infan
tes si per sacramentum babtismi
in credencium numero non transe
ant in tenebris manent. Nam
ad hoc valet babtismus vt bab
tisati xpo incorporentur. Et in
illo vivi salui liberati et redempti
fiant. Nam gracia dei est sufficiens cau
sa glorie. Ideo omne illud sine quo
potest haberi gracia non est de neces
sitate salutis. Hoc autem sacramen
tum corporis xpi graciam presupponit Quia
presupponit babtismum in quo datur
gracia Nec debet peccato puerili
qui graciam perimet. Et ideo quantum est
de se non est de necessitate salutis
Vnde illa verba euangelij que alegat
bohemi heretici Nisi manducaveritis
carnem filij hominis etc. debent intel
ligi de manducacione spirituali sine

qua non potest esse salus potest
itaque incorporacio ad xpm fieri sine
manducacione sacramentali corporis
xpi Sicut per babtismum et per penitenciam
per quem a peccatis mundamur
et xpo incorporamur. Et quia illa
sunt de necessitate salutis ideo omni
bus conceduntur in casu necessitatis
Sed hoc sacramentum per solos sacer
dotes confici potest Quia xpus in
vltima cena accepto pane et calice
solis discipulis dixit hoc facite
in mea commemoracione. Et non
dixit omnibus fidelibus vt dicunt
bohemi heretici quod laici fideles
non posunt conficere corpus xpi
Nec oportet quod susceptio sacramenti
corporis xpi sit omnibus de neces
sitate salutis loquendo de neces
sitate absoluta Sed forte de ne
cessitate condicionata vel secundum
quid hoc est propter preceptum ecclesie
vt dicit magister sentenciarum
libro iiij^o^ distinctione ix questione secunda
¶ Sed ad preceptum apostoli ad Corinthios
xj^o^ vbi ait probet autem se ipsum homo
et sic de pane illo edat et de calice
bibat. ¶ Responsio dicendum quod
per hec verba Apostolus non precipit
communicare sub vna specie nec sub vtraque
Sed solum precipit quod probet se homo
antequam communicet. Et per hoc non
posunt heretici probare quod Apostolus
tradidisset eis quod laici vtriusque
sexus sub vtraque specie communicaret
Sed verba illa Et sic de pane
illo edat et de calice bibat non
posunt esse preceptum sub vna specie
neque sub vtraque specie communicandi
Sed solum vt nullus audeat com
municare nisi probatus. Et illud
verbum Tradidi vobis simplex doctrina
Et illud verbum donec veniat
refertur ad illud Quocies cumque
quod est condicio ideo non est pre
ceptum Sed preceptum factum sub ali
qua condicione non obligat nisi illa ipsa

Ergo conditio no potest cadere
sub eodem precepto Quia eadem
conditio no potest se ipsam psu
ponere Eo q nichil est prius se
ipso Ergo edere de pane et de cali
ce bibere constat q istud precep
tu nunquam obligat hominem
Nec quando est eidem ipsa ea
dem conditio que pmittitur Quo
tiens cumque manducabitis Quia
qui nunquam manducat no erit
obligatus aliquam manducare Et
si ad hoc no erit obligatus sequitur
q hoc no erat sibi simpliciter
preceptu q implicat contradictio
nem. Ergo secunda obiectio bohe
morum hereticorum est falsa ¶
¶ Item arguit bohem hereticus
dicens In primitiua ecclesia omnes
fideles laici vtriusque sexus et pu
eri paruuli sub vtraque specie com
municabant Ergo et nunc omnes sub
vtraque specie debent communicare
¶ Responsio. Negatur assumptu quia
presupponit falsum Quod probatur sic
Nam in veritate nulla scriptura tes
tatur Quod in primitiua ecclesia omnis
fideles sub vtraque specie communicasent
Sed alique prouincie Sicut Greci
heretici et Nestoriani huic veritati
facta veteris legis fidem aferunt
Nam esus agni pascalis fuit figura
huius sacramenti in cuius agni mandu
catione de potu no fit aliqua men
cio Similiter Manna de celo veni
ens absque potu populu reficiebat
Que hoc sacramentu figurabat
Sapiencie xvi°. Angelorum esca nutri
uisti populu tuum et panem de celo
habentem in se omne delectamentu
Quod si forte in primitiua ecclesia propter
paucitatem fidelium sic communicasent
tamen no sequitur q nunc in ecclesia
vniuersali sic debet communicare Quia

implicat et contradictione Quod probatur
sic Quia in primitiua ecclesia multa
faciebat que tunc erat bona hec
si modo fieret essent mala Sed
bonum et malum contradicunt Nam in pri
mitiua ecclesia babtismus in nomine
Ihesu erat bonus vt scribitur Actuum
viii° et xix° Cum nunc esset malus
Immo no esset babtismus Nisi fie
ret in nomine sancte trinitatis Similiter
in primitiua ecclesia paulus circumci
dit Thimotheum Actuum xvi°. Quod si
nunc dominus presidens concilio preciperet
omnes circumcidi qui sunt in Basilea
Certum est q bohemi heretici qui
nunc sunt in Basilea primi contradi
cerent. Nec vellent circumcidi iuxta
ritum primitiue ecclesie Multa enim
pro tempore et loco et personis lauda
biliter sunt mutata vt inquit
canon distinctione xl^a. prima Capitulo Quamuis
in verbis Augustinus ait hec Omnio vtrius
que speciei Et alia in huiusmodi modum
no pauca tam in lege dei quam
in vsu sacramentorum Sola ecclesia
stica constitutione mutata sunt
ac laudabili consuetudine sunt
firmata Et habetur in decreto
distinctione xi. Capitulo Ecclesiasticarum
Iam enim sagena ecclesie impleta
est bonis et malis Ideo vniuersalis
ecclesia Sub vna specie panis
populu communicare instituit Cuius
institucioni bohemi heretici obe
dire debet Vnde Beatus Thomas
in postilla super Johannem dicit
Quod solus sacerdos debet sub
vtraque specie communicare hoc est
de pane edere et de calice bibere
laici vero vtriusque sexus debet
sub sola specie panis corpus christi
sumere Quia corpus christi no est
absque sanguine alias no fuisset
perfecta nec vera christi resurrectio
Sed sic corpus christi a mortuis
surrexit ut simul totus sanguis

cu corpore resurgeret Vnde ille
sanguis qui effusus iacebat sub
cruce Ideo qui manducat corpus
xpi eciam bibit sanguinem xpi Quia
manducare et bibere idem est quod cum
carne Nam et mulier adhuc viuit vna
virgo in partibus holandrie que
iam annis xxiiij°r ~~[illegible]~~ Nichil
omnino comedit neque bibit Nisi
quod ter in septimana sub sola spe
panis corpus xpi suscipit Et
illius exemplo dominus ihesus osten
dere voluit quod unio sacramentalis
sub sola specie panis populo lai
cali vtriusque sexus est sufficiens
ad salutem Nec hoc fit contra pre
ceptum xpi cum dixit Nisi mandu
caueritis carnem filij hominis et bibe
ritis eius sanguinem vt asserunt bo
hemi heretici Quia illa verba nisi
manducaueritis intelliguntur de man
ducacione spirituali et non carnali seu
sacramentali quod probat ipse dominus Jo
hannis vj° dicens Caro mea vere
est cibus simpliciter anime Et sanguis meus
vere est potus anime Species autem
panis et vini Non sunt cibus anime
sed corporis Vnde refert sanctus Ewan
gelista Quando xpus dixit illa
verba Nisi manducaueritis carnem
filij hominis Statim discipuli eius
lxxij° scandalisati sunt et recesse
runt a domino Tunc dominus conuocatis xij
apostolis dixit eis hoc vos scandali
sat Quia dixi Nisi manducaueritis
carnem filij hominis verba que lo
cutus sum vobis Spiritus et vita
sunt caro autem non prodest quicquam
Super quo beatus Augustinus dicit Quid est
verba que locutus sum vobis Spiritus
et vita sunt id est spiritualiter intelli
genda sunt Et non carnaliter Sicut
bohemi heretici intelligunt et propter
hoc dant bibere de calice laicis mulie
ribus et puellis Cum sub vna spe

panis sufficit omnibus vnio sacrame
talis de qua questione intelligenda
sunt dicta doctorum Thome Richardi
hugonis Bonauenture Innocencij tercij
Alberti magni Que quamuis diuersa
esse videantur Quia ad diuersa tempora
referuntur Non tamen sunt aduersa
vnde Augustinus in omelia de penitencia
Et ponitur in decreto secunda questione prima
Capitulo si peccauit vbi sic dicitur distingue
que tempora et concordabis scripturas
Et idem Augustinus in libro de doctrina
xpiana Et habetur in canone distinctione
xij prima Capitulo Quis nesciat vbi sic ait
Quid locis temporibus et personis
conueniat diligenter attende Ergo
tercia obiectio bohemorum est falsa ..
¶ Sed adhuc arguunt bohemi heretici
dicentes Ecclesia orientalis
Grecorum communicat laicos et mulieres
sub vtraque specie Ergo ecclesia vni
uersalis catholicorum sic debet
laicos vtriusque sexus sub vtraque
specie communicare ¶ Responsio Ne
gatur consequencia Quia arguitur
a particulari ad vniuersale Que par
ticularis est suspecta quod probatur
sic Quia ecclesia orientalis Gre
corum Non est ecclesia fidelium Sed
est ecclesia malignancium de qua
Spiritus sanctus dicit per dauid prophetam
odiui ecclesiam malignancium id
est Grecorum Et cum impijs id est
cum bohemis hereticis non sedebo
Talis ecclesia impiorum sunt omnes
scismatici et heretici Qui a fide
catholica apostotauerunt Ideo
non sunt ecclesia dei Sed sunt
ecclesia diaboli vt habetur in
decreto xxxiij questione secunda Capitulo
Sicut non omnis quod probat dominus
Johannis viij° dicens vos ex patre
diabolo estis et opera patris
vestri facitis Ille homicida
fuit sua per superbia dicens illud
ysaie xiiij° In celum conscendam
et ero similis altissimo Et vos
ex eadem superbia laceratis quem

fidem catholicam Quia estis ecle
sia malignancium. Cuius ecclesie
malignancium caput est Antixc
Ideo bohemi heretici sunt precursores
antixpi Danielis xi° Et erit in
templo desolacio abhominacionis
Et contaminabit iuge sacrificium et fa
ciet iuxta voluntatem suam Cum comple
ta fuerit dispersio populi sancti Et
deiicietur locus sanctificacionis
Et sanctuarium desolabitur Nam
Antixpus iam operatur misterium
iniquitatis per bohemos hereti
cos Qui destruxerunt ecclesias
Et loca sanctificacionis desolave
runt secunda ad Tessalonicenses secundo
vii idem Apostolus ait Rogo autem
vos fratres vt abstineatis ab illis
qui dissensiones et offendicula
faciunt preter doctrinam quam di
dicistis a nobis Tales enim xpo
non seruiunt sed diabolo Seducen
tes innocentes per dulces sermones
ad Romanos vi° Nam vbi fides
catholica non est Nullius boni
operis edificium esse potest prima
questione prima capitulo Cum paulus
Et extra de sacra vnccione capitulo
Quia vero Ideo Apostolus prima ad Cori
secundo dicit obsecro vos fratres per no
men domini nostri ihesu xpi Vt id
ipsum dicatis omnes Et non sint
in vobis scismata Nam scisma
est illicita dissencio quorumcumque
in aliquo in quo vniti esse
debent Sic dathan et Abiron
Scisma fecerunt contra moysen
Et ideo perierunt dicente scriptura
Aperta est terra et deglutiuit
datan Et operuit super congre
gacionem abiron Vnde Bernar
dus ait Sicut in vnitate
fidelium factus est locus
dei Ita in scismate locum
fecit diabolo manifestum
est Quia scisma est origo

subuersionis fouea heresum nutri
mentum scandalorum Quia modicum
fermenti totam massam corrumpit prima
ad Corinthos v° Immo scisma inve
teratum scisma convertitur in heresim
Duo namque faciunt hereticum Primo
Error in fide catholica quod est
inicium heresis Secundo pertina
cia in scismate et hoc est heresis
complementum ut dicit Beatus Tho
mas super iiii° Sentenciarum distinccione
xiii^a Et habetur in Canone xxiiii
questione tercia capitulo Qui in ecclesia etc.
Ideo heresis sic potest describi.
Heresis est dogma falsum Sacre
fidei vel ecclesie contrarium et pertina
citer defensatum Tales sunt
Greci et bohemi heretici Quia contra
ecclesiam catholicam multos tenent
articulos Et pertinaciter defen
dunt communionem sub vtraque specie
laicis et mulieribus ministrandam
Quamuis illa communio est eis ad iudi
cium et ad eternam dampnacionem
Vnde Beatus Augustinus in libro prosperi
sic ait hereticus qui hoc accipiunt
sacramentum testimonium contra se
accipiunt quia illi querunt diui
sionem Cum panis iste indicet
vnitatem. hylarius quoque ait hec
ergo vite nostre causa est quod
in nobis manentem deum per car
nem xpi habemus Non enim in
eo erit nisi in quo ipse fuerit
Ideo in hereticis non est Quia ipsum
eo esse non possunt licet sub vtra
que specie communicent Quamuis greci
laici non bibunt de calice sacra
mentum sicut bohemi Quia grecorum
sacerdos qui dicit missam
intincat panem fermentatum
in vinum in calice ligneo Et qui
communicat tunc manducat sacra
mentum cum coclear ligneo de
calice Sicut manducaret po
tagium Et sic ministrat sacramentum
de calice cum coclear ligneo.

laicis et mulieribus grecis Que
admodum si aliquis cocus ministr
aret cum coclear potagium tamb9
vel capris Greci enim in scriptura
per capras significantur Danielis
viii. Vbi angelus exponit visio
nem danieli dicens Hircus ca
prarum erat rex grecorum Quia
greci sunt inutiles et fetidi
sicut capre ideo perdiderunt
totum regnum tamen nisi vnam
habent ciuitatem Constantinopoli
Sacerdos vero bohemorum cum dicit
missam in platea siue in taberna
absque ornatu consecrat ducentos
calices plenos vino cum vno
verbo dicens in lingua bohemi
ca alta voce hic est sanguis meus
pr m Eo quod in bohemia et in praga est
populus multus et stultus Ita
missa quod in vna ~~ecclesia~~ erunt communicantes
quinque vel decem milia ita quod non
sufficiunt eis sexcenti calices
consecrati Sed cum communicati fue
runt illi ducenti calices consecrati
iterum implet eosdem vino et dicit
alta voce hic est sanguis meus
Et statim propinat laicis mulie
ribus et paruulis Et si queritur
Vtrum habent bohemi auctoritatem
consecrandi tot calices cum vno
verbo Responsio Certum est quod
non habent auctoritatem ab vni
uersali ecclesia catholica Neque
a christo Sed habent ab antichristo
et a diabolo Et probat Apostolus
paulus secunda ad Thessalonicenses
secundo dicens Iam inquit Antichristus
simpliciter per bohemos hereticos operatur
misterium iniquitatis Ideo ca
tholicus doctor Sanctus Ambrosius
super lucam ait dominus noster ihesus christus
vt formam consecrandi daret
discipulis suis vnum tantum

calicem consecrauit Quem tradens
discipulis suis expresse dixit
Diuidite inter vos vt non
plures calices consecrarent
nec dixit Diuidite aliis
vt bohemi heretici laicis et
mulieribus de calice propinarent
Vnde beatus Gregorius in omelia
paschali ait Tanta est vnitas
christi et ecclesie fratres mei vt vnus
sit panis corporis christi Et vnus
calix sanguinis eius Calix
enim quem sacerdos sacrificat
Non est alius nisi ille quem dominus
dedit apostolis suis de quo soli sa
cerdotes bibere debent laicis autem
et mulieribus fidelibus sufficit
ad salutem sub specie panis
communio Nam communicantes quidam
sumunt rem et sacramentum vt
illi qui digne communicant Alii
sumunt sacramentum et non rem
vt illi qui in peccato mortali
communicant Alii vero sumunt nec
rem nec sacramentum vt hereti
ci et scismatici qui sunt extra
ecclesiam catholicam Alii su
munt non re sed voto Et voto
proprio vel alieno vt pueri Sed
miraris Cum bohemi heretici
nullum ritum grecorum obseruent
tamen voluit vt sancta vniuer
salis ecclesia imitaretur gre
cos hereticos ac si vellet vt
christus imitaretur diabolum
quod est inconueniens Ergo et
illa obiectio bohemorum est
falsa. Quare pro improbatione
illius primi articuli bohemorum
hereticorum Finaliter sic conclu
do Quod omnis homo pertinaciter
asserens communionem sacramentalem
Sub sola specie panis populo

laicali vtriusque sexus Non esse
sufficientem ad salutem Talis
est hereticus et est in statu eterne
dampnacionis vt probat doctor
catholicus beatus Aug(ustinus) in li(bro)
de fide ad petrum dicens firmiter
credas et nullatenus dubites
omnem hereticum et scismaticum cum
diabolo et angelis eius eterni
ignis incendio condempnandum
nisi ante finem vite sue ecclesie
catholice fuerit vnitus Tali
bus enim hereticis et scismaticis
non prodest babtismus nec hele
mosina quantumcumque copiosa
nec mors pro fide xpi suscepta.

Secundus articulus bohemorum
hereticorum est iste. possessiones
et dominium temporale quod contra
preceptum xpi clerus occupat
in preiudicium sui officii et in dap
nacionem animarum suarum per laicos
et potenciam secularem aufe
ratur et tollatur. Hunc secundum
articulum immo heresim dominus noster
ihesus xpus vt probat confudit
et destruxit Secundo verbo
cum dicit Est. Nam secundum gra
maticos hoc verbum est dicit
infinitatem Omnia quod est non
habet finem Omnia autem alia
verba dicunt aliquid determinate
sicut amo doceo lego etc. Sed hoc
verbum est dicit infinitatem
quia quod est non habet finem et ideo
proprie non potest dici nisi de deo
vnde moyses ait Qui est misit
me ad vos Exodi iii°. Quia omnia
deficiunt sed est semper est Sicut
beatus petrus vicarius xpi
quia solida petra ecclesie est
ideo ecclesia xpi nunquam deficiet
quod confirmat dominus in euangelio di
cens Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam
et porte inferni non preualebunt

aduersus eam Mathei xvi° Et in decreto
xxiiii q(uestio) i(n) prima Ca° Super hanc petram
Sed que sunt porte inferni que
non preualebunt aduersus xpi ecclesiam
porte inferni sunt heretici qui a prophe
ticos homines simplices seducti
intrant in infernum sicut portas
in domum Quos dominus increpat per
prophetam dicens Tollite portas
principes vestras et introibit
rex glorie psalmo xxiii°. Sed qui
sunt isti principes portarum inferni
id est hereticorum. Responsio Dicendum
quod sunt tres principes modernorum
hereticorum primus est Johannes vi
cleff anglicus Secundus est Johannes
huss bohemus Et tercius reprobus
Jeronimus Sed nec isti principes
hereticorum Nec porte inferni id
est heretici preualebunt aduersus
ecclesiam xpi vere non preualebunt
Quia xpus qui est increata veri
tas hoc in euangelio promisit
Dominus autem beatus petrus petram
ecclesie quia primus in nacionibus
fundamenta fidei posuit Et tanquam
saxum immobile totius ecclesie
compagem molem quod continet ita
habetur in canone distinctione l. ca°
fellicior vbi Sanctus Marcellus
papa ait Rogamus vos fratres
vt non aliud doceatis quam ab beato
petro et reliquis eius successoribus
accepistis Ipse enim est caput
ecclesie cui dominus ait Tu es petrus
et super hanc petram edificabo eccle
siam meam Et habetur in decreto xxiiii
questione prima Ca° Rogamus vos fratres
Est autem duplex ecclesia quedam
realis et spiritualis prima est figu
ra Secunda figurata De prima per
quam ecclesiis benedicite dominum et
psalmo lxix° Domus mea domus ora
cionis est cunctis gentibus Et ori
ginaliter eadem verba ysaie lvi°.

Et in canoe xlij qstone pa ca° Et
hec dicim9 Nam in eclesia mate
riali nichil debet in 9grum vel
in honestu agi vt pbat in decto
disticoe xlij ca° Nulli epi vñ
Bts augg9 in Regula ait In ora
torio nemo aliud agat nisi ad
q factu est vnde z nome accepit
Et Genes xxviij° scribit vere dns
est in loco isto z ego nesciebam
Salomo quoqz fecit templu
z in festo dedicatonis nebula
repleuit totu templu ita q sa
cerdotes no poterat mistrare
Reg iij° viij° Quato magis
in Noua lege vbi ofeit corp9
xpi debet eclesia ornari et
venerari vñ Ambrosi9 in li°
de oficijs sic ait maxime sac
dotib9 hoc gnemit orna'e dei
templa cu honore 9grvo vt
decenti cultu aula dei resple
deat Et habet in canoe dis
vj ca° No satis Secunda ecle
sia est spualis que est vna
sancta z catholica Racione vni
uersalis auctoitatis z ecle
siastice potestatis Concludes
omes saluados a pmo Abel
iusto usqz ad vltimu iustum
in clusiue hec eclesia dr vna
ppt vna fidem vnu babtisma
vnu caput q est papa hec est
eclesia Romana que est mater
z caput oim eclesiarz vt pbat
in decto tcia qstoe ij ca° Dap
namus Et xxij disticoe ca°
omes vñ beatus Jeronimus
in Epla ad palmachiu z ocea
nu ait Istam fidem senex tene
bo in qua puer natus usqz ad
hac diem pmasi Nam sine
ista noua hereticoz doctrina
iam dudu mundus xpianus fuit
Ideo dns ait Ego p te rogaui
petre ut no deficiat fides tua luce
xxij° fidem petri vocando fidem
eclesie Et exauditus est p sua reue
rencia ad hebreos xxj° hec eclesia
est corpus xpi misticu Nec habet
duo capita sz vnu qa vnu succedit
alio pa ad corinthios xij° Sicut corp9
vnu mebra hz multa sic in xpo
siue serui siue liberi omes vnu
corpus eficiut hec eclesia est
sponsa xpi no habes macula neqz
rugā ad Ephesios p° xpus dile
xit eclesiam no habetem macu
lam p fidie Neqz rugam erroris
Extra qua nullus potest saluari
Sicut nec extra archam noe te
pore diluuij aliquis saluus fuit
hec aute vna eclesia in multitu
dine suppositoz extendit Si
cut vna arbor in mltos ramos
vt habet in canoe xxiiij qstoe
pma ca° loqmr Exquo patet
qz nullus hereticus z nullus infi
delis est in eclesia Quia intro
itus in eclesiam est p fidem in
tegram vñ dionisius de celesti
ierarchia ait lex sacratissia
diuinitatis est vltima p media
reduce ad supma Quia infima
mine detineantur obnoxii mi
nora peccata fratribus non concedunt
Et mirum est quod Bohemi laici
heretici solum festucas cleri et
sacerdotum aspiciunt Suas vero
trabes hoc est homicidia furta
sacrilegia stupra parricidia ra
pinas predas incendia Et ma
xima peccata ac scelera non vi
dent nec considerant Cum ipsi sint
in viciis et moribus omnibus paganis
et Saracenis deteriores Quod ego
faciliter probare possem Quia expe
riencia didici Quando fidem Christi
predicans tribus annis in terra Sarace
norum habitavi ob hoc cognosco
mores Saracenorum Similiter
vicia et malos mores Bohemorum
novi Quia et ego Bohemus sum na
cione Sed non errore Vere omnes
pagani et Saraceni Quantum ad
mores respectu Bohemorum sunt

iusti et innocentes Ideo Saraceni
surgent in iudicio cum generacione
Bohemorum pessima Et condempna
bunt eam Quia Saraceni ignoran
tes fidem Christi Tamen quantum
ad mores sunt innocentes et iusti
Bohemi autem confitentes se nosse
fidem Christi Tamen faciunt opera
Antichristi Nec debet punire pec
cata aliena qui non punivit
sua Ergo prima obieccio Bohemorum
est falsa ¶ Item arguit Bohemus
hereticus dicens Christus in Ewange
lio precipit Si oculus tuus scan
dalisat te erue eum et proice abs te
Et si manus tua vel pes scandali
sat te abscide eum et proice abs te
Ergo sub pena dampnacionis eterne
subditi laici debent punire et
destruere peccata sacerdotum et
cleri Et quia nec deus nec angeli
possunt prohibere subditos laicos
ut non puniant clerum et sacerdotes
Quia mulieres et laici condempnabunt
clerum et sacerdotes in die iudicii
¶ Responsio Dicendum quod Bohemi
heretici imperite allegant auc
toritatem ewangelii Quod probatur
sic Quia Christus dominus non dixit
de oculo nec de manu nec de pede
corporali quod debeat abscidi
si scandalisaverit hominem Quia
sic nullus homo haberet manus
nec pedes Sed Christus dixit de
manu et pede et oculo interioris
hominis Qui debet abscidi id est
removeri a malo ut non consenciat
peccato Nec debent subditi laici
punire prelatos et sacerdotes Unde
Magnus doctor sanctus Jeronimus
exponens illud Mathei xviii°
Si peccaverit frater tuus dic eccle
sie dicit precipit dominus Ihesus
Christus ut peccata fratrum publica
dicamus ecclesie id est prelatis
ecclesie Et si prelatos non audie
rit sit tibi sicut ethnicus et
publicanus Ex quo patet quod

plati & sacdotes debet iudicare
& punire subditos Sed no sub
diti platos Qz pbat spus
sanctus p ysaiam pphetam di
cens Numquid gloriabitur
securis contra eum qui secat
in ea Aut eleuabit baculus
contra portante se qui utique
lignum est Isaie x° Et transsump
tive in decreto distinctione xxi.a
ca° Inferior. Ubi dicit Qm in
ferior no potest superiore iudi
tijs suis adicere aut pprijs
diffinicionibus subiugare. Un
beatus Thomas Secunda secunde ar
ticulo iii° dicit Qz correctio
seu punicio que est actus iu
sticie prohibitionem penene co
gpetit subdito respectu plati
sed plato respectu subditi
Actus eni ex aliquo habitu
vel potencia procedens se ex
tendit ad omnia que continentur
sub obiectu illius potencie
vel habitus et no econverso
Ideo dns & Saluator noster eicit
de templo laicos ementes &
vendentes Sed no Sacerdotes
Johannis v° Et Aplus precipit
Thimotheo dicens Adversus
presbiterum noli accusacionem re
cipe prima ad Thimotheum v°
Quia clero & sacerdotibus debe
tur Regalis reverencia Et
no populans violencia Ob
hoc Beatus petrus Sacer
dotibus dicebat Vos estis
genus electu Regale Sacer
dociu Gens sancta populus
aquisicionis p.a petri sec°
Et Ecclesiastici ultimo ita scri
bit In tota aia tua time
deu et Sacerdotes eius honora
hoc confirmans dns p pphetam
dicit Nolite tangere xpos

meos Et in pphetis meis nolite ma
lignari psalmo C iiii° Quia bestia
que tetigerit monte id est Sacer
dotem lapidabit Exodi xix° Et
Oza tangens archam dni morte
subitanea corruit Quia quis ex
tendet manu in xpm dni et innocens
erit primi Regum xxvi° Quid ergo
aliud est in regno bohemie potesta
tem laicalem insanire contra clerum
& sacerdotes Quam ancilla insurgere
contra dnam Agar contempnere Saram
Et discipulos insurgere contra ma
gistros Est et filios rebellare
contra patres Est celu subicere tre
Et Spm subiugare carni Sed iam
impletu est Qz venerabilis doctor
Magister Henricus de Hassia in lec
tura sua sup Genesim de populo
bohemorum Non tam exposuit Sz
magis pphetauit in hec verba
Surget tandem in publicu cetus
quidam scismaticorum Quos dia
bolus ex hereticis colliget Qui
capta oportunitate exibunt
in publicu predicantes clericorum ordina
rium iam adeo esse reprobatu & ab
iectum Et ob hoc sibi amplius
no esse obediendu nec creden
dum Cumque isti scismatici cursum
suu erroris firmauerint Sacerdotes
et doctores ubique persequentes fus
tibus & gladijs coherce[n]t & ex
pellent Et tunc ad simplicem po
pulu dicent Quia rectores et
doctores no habetis Nobis obedi
te Et quecumque vobis dicimus con
cipimus facite & salui eritis.
Sic qz ceci ducentes cecos utrique
in foveam inferni cadent Ergo
Secunda obiectio bohemorum hereticorum
est falsa ¶ Sed adhuc arguit
Bohemus hereticus dicens Aplus
paulus precipit dicens Auferte ma
lu de vobis Ergo omnes mali fa
cientes peccata publica legi dei
contraria debet puniri destitui
suspendi & auferri ¶ Responsio.

Dicendu q hoc argumentum
facit contra bohemos quia probat
sic Quia bohemi sunt mali et
per mala opera malam fidem
indicant Ergo bohemi sunt pu
niendi et destruendi vnde philosophus
iiii° methaphisice ait Non
dictamine racionis sed viole
ncia penalis correctionis malis
est obviandu Absit itaque a xpi
fidelibus hec sacrilega bohemorum
doctrina excludens virtutem
moralem iusticie inter alias
tenentem principatu de qua
habetur in decreto xiiii questione
secunda ca° cu devotissima vbi sic
dicitur Summum in rebus bonum
est iusticiam colere atque sua
cuilibet iura servare Nec expe
dit omnia peccata mortalia pe
naliter prohibere vnde philosophus iiii°
ethicorum quia lex poli debet
esse sicut linea plumbea in lesboc
insula que flectitur iuxta exi
gentiam lapidu in cidendorum.
Cu igitur in multitudine homi
num maior pars civitatis est im
perfectorum Ideo lex si rigida non
induceret pacem civitatis sed
magis dissensionis Nam secundum
prohibicione doctrinalem possunt
omnia prohiberi Sed non secundum prohi
bicionem penalem vnde dominus dicit
mathei ix° Non mittunt vinum
novum in utres veteres ne
frangerentur Sic non omnia ma
la lex vult punire tamen ea
peiora Ideo proverbiorum xxx° scribitur
Qui emungit elicit sanguinem
In veteri eciam testamento da
batur libellus repudii ne viri
occiderent vxores suas Et per
mittebatur iudeis vsura reci
pere a paganis ne vsuram
facerent cum fratribus Sic david
rex non punivit Semei et Joab

dignos morte Quia oportet in
hoc tempore multa dissimulare
quousque veniat iudex qui manif
festabit consilia cordium et tunc laus
erit vnicuique a deo ad corinthios xiii°
Bohemi autem heretici negant princi
pia fidei dicentes quod pape et pla
tis non est obediendum si sunt mali
Et quod eorum excomunicacio non est time
nda Et quod indulgencie eorum nichil
valent Et quod ymagines xpi et
Sanctorum sunt ydola Et ob hoc non
debent adorari Sed debent vbique
destrui et comburi Ideo sunt heretici
et non sunt audiendi ¶ Ista replicant
bohemi hereticus dicens deus
in veteri lege precepit dicens
Non facies sculptile Nec figuras
eorum que sunt in celo vel in terra Et
non adorabis ea Ergo catholici
qui adorant contra preceptu dei yma
gines crucifixi et Sanctorum hominum et
feminarum peccant mortaliter
et sunt ydolatre ac in statu dap
nacionis eterne ¶ Responsio ¶
Dicendum quod adorare dicitur
dupliciter primo adorare id est
petere ab ymagine graciam vel
remissione peccatorum Et tali mo
do nullus debet ymagines adorare
id est venerari Et tali modo omnes
fideles debent adorare ymagines
Nam ymago crucifixi debet adorari
adoracione latrie sicut xpus
in canit ecclesia dicta crucem
adoramus domine ymago beate marie
virginis debet adorari adoracione
yperdulie Et ymagines Sanctorum
debent adorari adoracione dulie
ita scribit magister Senteciarum
Non obstante quod deus precepit Exodi
xxii° dicens Non facies tibi sculpti
le et non adorabis ea intelligitur
de adoracione primo modo Nam secundo
modo quilibet fidelis debet
ymagines adorare id est venerari
da ut dicit philosophus secundo posteriorum
quia propter quod vnumquodque tale et ipsum ma
gis Hoc est qui adorat ymagines

Secundo modo adorare

xpi ppter xpm magis adorat
xpm quam ymaginem Sunt igit
ymagines adorande Quam ipis
laici qui litras nesciunt legunt
Quid sequi debeant Et pcipue
gentibus p lectione pictura
est ita habet in decreto de gsec
cione distinctione iii. Ca° platum
Nam et Salomon ex mandato
dei fecit in templo duos che
rubin Tercii Regum vi° Et
Moyses ex pcepto dei fecit ar
cham Et suavit manna in ea
Exodi xvi° Similiter ex pcepto
dei fecit spentem eneum et
suspendit eum in ligno Nu
xxi° Sic et nos suam cruce
dm et ymagines Sancto et re
liquias veneramur Recole
tes dei beneficia que repsen
tant ita habet in Canone de gse
cratione distinctione iii. Ca° venerabile
in beatus Greg reprehendit
Serenu Masiliensem Epm
Qui fregerat ymagines dices
dic michi fr aquo factu sa
cerdote aliqn auditu e fecis
ti Et Sanctus Aug de doctrina
xpiana libro iii° ait Qui vene
ratur tale signu dinitus insti
tutu Non hoc veneratur q vi
det et transit Sed id potius quo
talia cuncta referenda sunt
Ideo ymagini crucifixi in relatione
ad xpm est sibi cultus latrie
exhibendus Quia sic motus
no sistit in ymagine Sed fini
tur in illo cuius est ymago Ergo
et ista obiectio Bohemo est falsa
¶ Quare p im pbatione hui quarti
articuli Bohemo finaliter
sic gcludo Qr omis homo ptina
citer asserens Qr omia pctata
publica vbiqz et in quolibet statu
sunt punienda et destruenda talis
est Scismaticus et hereticus ac ppe
tuo in interitu dapnandus Quia

talis est gtrarius ordinationi
dine Et Sancte vniusalis ecclesie
Qr pbat aplus ad Romanos
xiii° dices Qui aute ordinationi
dei resistunt ipi sibi dapnatione
aquirunt Quia omia que sunt a deo
ordinata sunt Catholicus qz doctor
Sanctus Aug gtra faustu hereticu
[…] idem pbat in hec verba Quid
vos o heretici tamqua de mandato
dei obsuatione iactitatis Qui
gtra deum facitis Quia fide catho
licam no suatis Cu sine fide in
possibile est deo placere Et si evan
gelium allegatis Tamen gtra
Euangelium ecclesie dei insultates
discordias odia psecutiones
xpianis infertis hec augustinus
[…] Infertur ergo totaliter
q Bohemi et Morani sunt heretici
Quia obstinate gtradicunt doctrine
Sancte matris ecclesie Catholice
Sunt apostate Quia a fide catholica
recesserunt Sunt blassfemi Quia
infamat platos et rectores
ecclesie Sunt sacrilegi Quia ecle
sias spoliat et calices frangunt
Sunt pdones et fures Quia semp
aliena diripiunt Sunt pcurso
res Antixpi Quia gculcat iuge
sacrificium Et intficiunt sacerdotes cuius
libet pfessionis sexus vel etatis
sint Sunt detractores mendaces
et gtumeliosi Quia verbis i iu
riam faciunt omnibus catholicis
Omnes itaqz Bohemi heretici decli
nauerunt simul inutiles facti sunt
No est qui faciat bonu no est
usqz ad vnum psalmo xiii° Omnes in
quam bohemi declinauerunt Sed di
uersimode Na quidam declinauerunt
a recto id est a nominatiuo fidei
et puritatis in genitiuo pfidie
et bestialitatis Alii declinaue
runt a recto equitatis in datiuo
iniurie et malignitatis Alii decli
nauerunt a recto caritatis in accu
satiuo inuidie et falsitatis Alii

declinauerunt a recto humilitatis
in vocatiuo superbie et vanitatis
Alij vero declinauerunt a recto pie
tatis in ablatiuo prede et violen
te rapacitatis Et sic hodie in
toto regno bohemie iuxta prophe
tam Non est qui faciat bonum
non est usque ad unum Quia a maiore
usque ad minorem cuncti faciunt ma
lum Jeremie vj° Et hij omnes bo
hemi sic in genere imo sic vicio
se declinantes maledicuntur
ideo dicente dauid Maledicti
qui declinant a mandatis tuis
psalmo C° xxj° Insuper cum ignis
et cum diabolo perpetue dampnatur
dicente propheta Declinantes autem
adducet dominus in obligationes cum
operantibus iniquitatem psalmo C°
xxiiij° Tunc videlicet cum dicet
Ligatis manibus bohemorum
et pedibus proicite eos in tene
bras exteriores ibi erit fletus
et stridor dentium Mathei xxij°
Et merito Quia bohemi heretici
diligunt vanitatem et querunt
mendacium psalmo iiij° Nam et
verba prophete ita compleuerunt Sa
pientes sunt bohemi ut fa
ciant mala bene autem facere
nescierunt Jeremie iiij° Et racio
est ista quia omnis bohemus ut
dixit dauid cum psalleret no
luit intelligere ut bene ageret
psalmo xxxv° Sed iam breuiter
concludens strophata epylogij pe
to supplico et obsecro in domino ihesu
christo omnes qui tractatum istum
viderint aut legerint ut clau
dant viscera compassionis et miseri
cordie super tam infelici et mi
sera bohemorum progenie presertim
cum super amantissimus et super dulcis
simus dominus noster Jhesus christus super
morte lazari lacrimas compas
sionis et pietatis dignatus

est ostendere Et lacrimatus est inquit
ewangelista Johannis xj° Quis rogo po
terit lacrimas saltem interiores
continere cum videt tot milia
bohemorum morte eterna perire
Et cotidie ad infernum cum dia
bolo in igne eterno arsuros des
cendere Qui si vellent ad uni
tatem sancte matris ecclesie re
dire possent secure vna nobis
cum ad regnum celorum et ad vitam
eternam peruenire prestante domino nostro
Jhesu christo Qui est deus benedictus in secula amen

Explicit Tractatus contra hereticos
Bohemos quem compilauit frater
Jeronimus de praga reclusus here
mita in Ciuitate Basilea
Anno domini m° cccc° xxxij° ..

Incipit miraculu nomit facti

Omnibus patent xpi mi
racula que ipe dns exem
plo patris vſqz modo ope
rari no ceſſat preſertim
hoc nouiſſimo tempore quo
totus mundus in maligno poſi
tus eſt Sicut greca lingua
ſcptu reperim9 In partibus
orientalibus tale fertur conti
giſſe miraculu anno ab incar
natone dni m° ccc° xxx°
In ciuitate Allexandria erat
quidam Saracenus mercator
ditiſſimus qui pfectus ad
negociandu venit in Arabia
cuqz illuc mercaretur et lucra
quereret Serui regis Arabu
conſiderantes locupletem viru
inito ſecreto conſilio Subnoctur
no ſilencio pfatu Saracenum
occiderunt Et ablatis omnibus
poſuerunt cadauer mortuu
ante hoſtiu hoc eſt ante domu
xpianoz in qua omes merca
tores xpiani ſimul cu vxoib9
et paruulis habitabant Mane
facto clamor populi atollitur
xpiani tamqua homicide accu
ſantur capiuntur ligantur et
ſimul cu paruulis ante regem
Arabu aducunt Quos vt vi
dit rex inflatus potencia
turbatus qz cu ira maxima
pomposis verbis cu furore
nimio talem ptulit ſentenciā
vt omes xpiani qui in regno
ſuo inventi fuiſſent ſimul cu
vxorib9 et paruulis aut nega
rent fidem xpi et ſuſciperent
fidem Machomethi aut omes
piecti in ignem flamis atroci
bus conburantur Ad hec xpiani
confiſi in xpo petunt triu diez
induciās Simul qz vt cadauer sa
racem mortui triduo insepultum
remaneret Quibus obtentis
reuerſi ad domu ppriam de comuni
conſilio hoc inter ſe ſtatuerunt vt
nullus cibu aut potu triduo ſume
ret Simul qz paruulis et ſugentibus
vbera cibu ac potu negarent
Mira res Saracenus qui occiſus
fuerat die tercio viuus ſurrexit
et ad regem perrexit Quem videns
Rex ſtupore et admiratone tritus
voce tremula an vere viueret
requiſiuit Ad que Saracen9 qui
mortu9 fuerat viuo inquit xpia
noz precibus Et huc ad te veni
vt tibi eos qui me occiderunt de
monſtrarem Iube ergo omes ſuos
tuos huc venire vt tibi homici
das meos digito oſtendam Cita
tur igit ex iuſſu regis omes
ſui et familia Sed interim rex
interrogat Saracenu defunctu in hec
verba dic michi amice cariſſime
que fides in hoc mundo eſt melior
Scimus enim qz iudei habet fidem
ſatis bonam et p patriarchas
et prophetas ac p Moysen approbata
xpiani eciā habet fidem licet
no approbatam tamen eſt ſatis
magna quia multe ciuitates
comitatus ducatus et regna ſunt
de fide xpiana Noſtra autē ſacta
fides Machomethi eſt adeo pba
ta quia deus locutus fuit cu
Machometo qui fuit vltim9
et immediatus nuncius dei
Ad hec Saracenus qui mortu9
fuerat reſpondit Crede michi
o rex qz fides iudeoz erat bo
na quo uſqz veniret Meſſias
qui in lege eoz pmiſſus erat
quem quia no cognouerunt
Sed dnm gloie crucifixerunt ab
illo tempore omes iudei dap
nati ſunt Noſtra autē fides

machometi qua tu dicis sactam
no est fides sed est fabula cia
machomet no fuit vltimus
nuccius dei sed fuit de arabia
nigromaticus z p artes magi
cas sedu xit saratenos ideo
omes sarracem arabes syri
churci tharthari assirij-
barbari et omes de secta
machomethi sut dapnati
et ego dapnatus sum sed
ad pces xpianoz deus voluit
me ad tempus viuere vt ti
bi veritatem ostenderem
et a pena incendij xpianos
liberarem. Vna ergo vera et
sacta fides est xpiana quia
sicut vnus est deus ita vna
est fides z vnu babtisma xpia
norum ve michi quia mortu9
sum absqz babtismo cuqz hec
dicet sup venerut fui regis
tuc rex ait quis hoz est
qui te interfecit saratenus
autem ~~[illegible]~~ qui mortu
fuerat extendes manu in 9oz
suos digito ostendit et sta
tim mortuus efetens ad pe
des regis cecidit tuc rex
iussit cadauer cfri sepelire
illos ante m^oz homicidas iubet
suspendi et mittens vocat
ad se omes xpianos quos
benigne suscipies asente
cia qua male dicta uerat
absoluit rogat qz omes vt
sacerdote catholicu sibi
velint dirigere quo ve
niente rex flexo vtro qz
poplite petit babtizari
babtisati qz sut in illo die
rex cu filio puulo et arabu
vtriusqz sexus maxima

multitudo ex quibus xl^a milia
arabes neophiti huc usqz ha
bitant in montanis galilee
et omes saratenos venientes
capiut z occidut xpianis aute
venientib9 omnem huamitate
exhibet z honorem hortantes
omes xpicolas vt venirent ad
aquirenda tram sactam z iclm
et ipi arabes neophiti pmi
tut qz xl^a milia armati pce
dent exercitu xpianoz da
but qz eis totam tram sactaz
et zoldanu. sed quo fine
hoc miraculu clauderdu sit
ille nouit in cui9 aspectu luna
no splendet et stelle no sunt
mute cui nichil est dificille
et sine quo nichil est posibile
posidere ihus xpus dei filius
qui cu pre z sacto spu super
omnia est deus bndictus i secla amen

Ego fr Jeronim9 de praga sacre
heremi camaldoli reclusus hemita
du anno pteito venissem in ciuitate
galilee cui nome Nazareth. re
peri hoc miraculu greca lingua
scriptu Et vidi pfatos arabes
neophito ideo cu securitate hec scripsi

Sermo Sancti Bernardi In cena dni de mandato dni nri ihu xpi

Ante diem festum
pasce sciens ihus
quia venit eius hora
Reminiscens beati
sanguinis que profudit
amator hominis profu
do lacrimas Non est
locus ingratitudinis vbi torrens
tante dulcedinis atingit aias
Ihu dulcis cur tanta pateris
tu peccati nichil comiseris flos
in nocentie Ego latro tu in cruce mo
reris Ego reus tu pena plecteris
mee nequicie pro me vili cur tan
tu pcium Quid lucraris p hoc su
plicium diues in gloria Ante fecit
sic amor ebrium ut nec putes artem
obrobrium amoris gra Ve in misero
si non respondero tuis vulneribus
Si non amauero et conpensauero dignis
opibus morte sacratissima Si pcra
siero nec tibi vixero paucis tem
poribus Si non ut potero tibi sacra
uero totis afectibus corpus et
aiam Qui longe estis ad cruce
crite Qui vobis viuitis xpo ia
viuite ne moriamini Corpus quod
pditis xpo configite ne si non eritis
mebra cum capite iuste dapnemi
ni Non aspiciatis oculis ingratis
deum cruce mori Dono caritatis
cambium redatis et vicem doloris
Regnum queritis non intrabitis sine
crucis claue portum petitis non
transibitis sine crucis naue Que
sanguis apertor ianue Suscitator
nature mortue dum spargeris in
cruce Me de mortis periculis erue
Quid quod pecco tu semper diluc dono
tue gratie conpassus mee miserie Amen

Ante diem festum pasce Audistis
fres carissimi verbum patris filium
dei Qui pro salute humani generis
verbum caro factum est et habitauit
in nobis Cupiens ad exempla humili
tatis informare discipulos suos
et per eos omnes credentes in eum Cum
appinquasset hora illa pijssima in
qua decreuerat pro salute nra cruce

ascendere et in illa beatissima carne qua
de intemerata virgine maria assumpserat
tam triste fere suplicium Ab illo extre
mo et nobili conuiuio surexit vestime
ta deposuit Aqua in peluim misit
et pedes discipulorum lauit Et hoc
est quod Iohannes euangelista ait Ante
diem festum Talis erat mos et consue
tudo iudeorum ut diem illum haberent
solepnem Quum illis dns mare rubrum
diuisit in duas partes Et deduxit
eos per medium eius hic est ille dies
festus pasce de quo dictum est Ante
diem festum pasce Eo quod pascha inter
pretatur transitus Nam appinquabat
illud pijssimum pascha quo verus
moyses per mare rubrum debebat
transire Et non post xl annos Sed tan
tum post xl dies in terram promissionis
intrare Ille iudeorum dies festus
erat vmbra quo patres eorum tran
sierunt de egipto Sed ille fuit ve
ritas quo xpus transiuit de hoc
mundo ad patrem Et sic nos transire
fecit de vicijs ad virtutes et de morte
ad vitam de mundo ad celum pro nobis
victima factus Et sacrificium se ipm
deo patri in ara crucis offerens holo
caustum Ante diem festum pasce
Quid est o sancte Iohannes quod dicis
festum Non ne dies festus dies est
gaudij et leticie Putas ne dies
ille est leticie et iocunditatis quo
agnus in cruce leuatus est molandus
stipite obrobrium hominum factus est
et abiectio plebis Quo pro dolore
sol obscurauit et petre sciderunt et
tota contremiscit orbita mundi Vbi
sic mater plorat et eius dillectus
iohannes Potius ille dies fuit
luctus quia risus et etiam sedes et
tremus Sed iudeis leticia tibi et aplis
tuis tristicia Iudeorum autem leticia
vertitur in luctum Et tristicia aplorum
versa est in gaudium Sequitur Sciens
ihus quia venit hora eius ut tra
seat ex hoc mundo ad patrem Ihus ebra
ice latine saluator interpretatur Iste
est saluator ille fortissimus qui vl
terius vinci non potest et saluat omes
sperantes in se Semel pro te xpiane

vinctus est imo mortuus est xps Sed
noli flere quia surrexit amortuis
et mors illi ultra no dnabit Opor
tebat illu mori psalute mundi et re
surgere tercia die et p dicari i noie eius
penitentia et remissione pctatoz p
omnes gentes Quoniam ipse sic dis
posuerat Et hoc est qd dr Sciens
ihus quia venit hora eius Hec
est illa hora dequa supius timens
mori scdm carne ingemuit et ait
Nunc aia mea turbata est Et quid
dica pr salvum me fac exhac hora
Sed ppterea veni in hora hac Timu
it xpus mori ut tu no timeas mo
ri gfidens in eu O tu xpiane ne
dehac infirmitate despes Docuit
te quid in omib9 piculis mortis
debeas dice Id quod gfugere quod
invocare in quod speare in prem
deu Qui no potest despice spera
tes in se cu atestacone bonoz
opez Bonoz opez dico quia sine
mcitis aliquid sperare no spes
sed psumptio debet dici Tu itaqz ta
lia opa fac tua ut ei in hora mor
tis possis dice Inte dne speraui
no gfundar in eternu Hanc horam
elegit ut in morte de hoc mundo
transiret ad prem scdm huanita
tem aquo nuqua recesserat scdm
diuitate Illa hora est finis ille
de quo dr Cu dillexisset suos qui
erant in mundo in fine dillexit eos
Cu dillexisset suos pceis homo fac
tus est et in tantu dilexit eos q
usqz ad mortem dillectio pduxit
eum Te dillexit i morte ut tu di
lectione eius trassire possis demu
do ad prem Te dilexit in finem
ut tu usqz in fine in eius dillecone
pmaneas Et quide si feceris
procul dubio ad prem trasibis in cui
dillectione qui usqz in fine no p
manserit in veritate dico in eter
nu pibit Sneius dillectoe modus
amoris nullus esse debet Sine
modo te dillexit Sine modo eu
diligere debes Modu dillectois ex
cessit te diligendo pte moriendo
Cu quantu debes eum diligere no
potes Dilige eum ex toto corde
ex tota mente et omi aia et omi
bus viribus tuis hoc tantum

quit ult no quit hoc fac et vinces
Sequitur Et cena facta cu diabolus
ia misisset in cor ut tradet eu iudas
simonis scariotis hic innuit cena esse
pacta sed no dum trasacta Quia p9
cena recubuit et buccella inde tra
didit O iudas infelix O distipule
pessime Mercator nequa tibi ce
na pabat et ate cene dator trade
bat O mis iudas O male gfessor
O despeate penitens Dixisti peccaui
tradens saguine iustu et laqueo
desperacois te mis suffocasti Iste
dr iudas scariotis a vico in quo ortus
fuit qui alio noie mamortis dr
sine mala mors Et mito de ma
la morte fuit qui sic mala morte
periit Diabolus imisit ei in cor psug
gestione ut traderet eu no cre
dens eu esse deum Vos ne gtremis
tis recogitas o xpiane et monache
Sanctedicti Quod actu est de distipu
lo xpi Diabolus misit in cor eius
ut tradet vitam Et tradens vita
plaqueu desspatonis se et vita pdi
dit Si lupus no timuit intrare
grege dni et vna de xij ta pauco
nuo mactare et pdere Quid facturus
est de grege comisso pastori Vn gsqz
vrm fres carissimi videat ne sit
Scariotus iudas Videte quomodo caute
ambuletis Non quasi insipientes
sed ut sapientes Cauti gt calidi hos
tis insidias Misit in cor iude ut
tradet dnm Quid est trade dnm
vendere dnm Quid est vende dnm
Alienare dnm vendit dnm qui ase
dnm alienat Dnm alienas ate
si repellis eu ate O monache dei
O distipule xpi audi me Audi
gsiliu meu Diabolus te quit
euellere te extrahe de grege
dni vide ne gsentias ei Vide
ne credas ei mendax est et
pr eius te vult occide te mactare
te vult pde secu in gehennam Cave
a locutis Cave amar suspiis fovee
diaboli sut Heu quot in illis
pdidit quot in illis interfecit
Dicit de iuda quia fur erat et
loculos habebat Iste du sitit
lucre tendit ad laqueu Dum

pdit vita lucrat mortē. Heu quot
loculi quot marsupia sūt in mona
sterijs Inditti. Heu quot cuculati
sup aures tonsurati habet marsu
pium metis habet loculu ipe vo
lūtatis. Marsupiu detractōis va
gatōis supbie Livoris invidie
et male volūtatis. Sed mementote
fres carissimi qui qui talia agūt
iudam traditore secut et ideo
nisi se emedauerint regnu dei
no posidebut. Estote queso karmi
discipuli xpi no in falsitate sed in
veritate No in veste sed in corde
no in alta tonsura sed in mēte pu
ra. Juda relinquite desperante
petrū sequimī verē penitētē. Ju
da relinquite in barathro īferni
petru sequimi qui est in gloria
padisi. Tenete lacrimas petri tene
te ɔfessione petri tenete amore
petri q quidem si feceritis puenie
tis ad gloriam petri pstitit xpus dum
cui ɔficet aīa mea z sanat ea
quia peccauit ei. Qui cu pre et
spu sancto sit benedictus pcula scla.

Sicut auris no potest saciari
auditu nec oculus visu. Sic
nos nuqua saciari debem ɔenara
re pia opa xpi. Ita michi dulcia
sūt sup mel z fauu. Et cariora
sup milia auri z argenti et ex
hijs saturari no possum. Amplifi
cet michi dns desideriu meum
et letificet me in iocūditate mul
tus sui cu omib9 diligētib9 eum
De quo in ɔsequētib9 dr. Sciens ihc
quia omia dedit ei pr in manus
et quia adeo exiuit et ad deum
vadit. Surgit a cena et ponit
vestimēta sua et cu accepit lin
theu pcinxit se zc. Sciens quia
omia dedit ei pr in manus bo
et mala. Mala in vsu bona ī effcam
De malo pdicōis unde fecit bo
nu redeptōis nre. Et sciens
quia adeo exiuit no cu dese
rens. Et ad deu vadit no nos re
linquēs. Surgit a cena zc. A deo
exiuit quia desimū pris in vterū
vginis matris introiuit. A deo

ve exiuit cu se talem hōib9 pbuit
qui possit videri z tangi. Imo q no
sine magno gemitu cordis et fluuio
lacimarū stilo comēdare debere
sz ligari colaphisari flagellari
ɔspui et ad vltimu occidi et hoc
est q dr adeo exiuī. Sed noli flere
bone monache quia sequit. Et ad
deu vadit. Ad deu vadit quia re
surgēs a mortuis iam no morit
et mors illi vltra no dnabit. Ad ce
los ascendit sedet ad dexteram patris
Constitutus a deo iudex viuorū z mor
tuorū. Et hoc est q dr. Surgit a cena
Ita a cena surexit. Quia desinu pris
vbi cenabat cu angelis ad homines
venit vestimēta q̄da modo deposuit
cu se ipm exinaniuit sibi vniendo
humanam natura. Linteu accepit
et pcinxit se. Quia natura humanam
se induēs in ea se virtute pcinxit
et de hoste supbo gloiose triūphans
rex glorie est factus z dns virtutu
Aqua misit in peluim z lauit pedes
discipulorū. Quid aqua. Quid peluis
Ista aqua est illa aqua benedicta
que sordes metiu lauat leprosos mu
dat cecos illuiat sanat egrotos ius
tificat impios resuscitat mortuos
Ad hāc aqua dns meus inuitat si
cientes dicēs. Si quis sitit veniat
ad me z bibat. Aqua ista est spus
sanctus. Aqua ista est de qua Jeremias
ait. Dereliquerūt fonte aque viue
et foderūt sibi cisternas dissipatas
que ɔtinere no valent aquas po
ta me due isto fonte ut no siciā
amplius. Ita sitit aīa mea ad istū
fonte viuū. O si videbo fonte istū
O si saciabor de tam dulcissimo fon
te putas veniet tempus quo
de ipso plenarie possim haurire
Et q̄n z si aliqn et quādo. No modo
Quid dicā quid faciā. Quia dns di
fert ad me venire. O dulcissime ihu
sint michi lacrime refectōis assidue
donec dicat aīe mee gaude et
letare. Ecce que queris. Ecce que
desideras ecce p quo laboras plo
ras. Ecce dns ecce deus tuus pr et
filius. Et fons desideratus spūs sctūs

modo inebriare adelicijs paradisi Aqua
ista spus sactus est ipe de se sic ine
briat mentes nostras ut pter eum
nichil aliud diligamus pelvis illa in
qua dns spm sactu posuit est eccesia
fidelium in qua p lavacrum regeneracionis
spus sacti sordes credencium lavat
qr dr pedes aplorum id est eorum ves
tigia sequentes Vel possumus dicere
q pelvis sive receptaculum spus sacti
corda aplorum fuerunt quibus dns spm
infudit et eorum pedes lavit q a in
fide catholica fides vehit ad celos
possumus tamen et aliter dicere si te
tu amore xpi audire delectet sed
non sine lacrimis queso accipias q
sine lacrimis scribi non debet Aqua
in pelvim misit q a pro tuo amore
mortem delicias reputans mentis
stipite pium cruorem fudit Et la
uit pedes aplorum id est vestigia
credencium que erant sordida pe
catis et extersit lintheo quo erat
pcinctus humana sz carne qua erat
indutus q a eius passio peccatorum
est vera purgacio Vel cena dni
qui passionem assignare voluerit ctin
mite vitatis se exorbitare non cre
dat hic cena ista passionem significat
Sicut post cenam non fit prandium
sic xps postquam semel est passus non
iterum patitur Surgit a cena post pas
sionem ponit vestimenta sz priore
infirmitate lintheo se pcingit
eadem carne iam inmortali Aqua
in pelvim mittit q a baptismatis
lavacro credentes lavit a peccatis
Et extersit linteo quo erat pcinctus
q a pro nobis patrem interpellat gemi
tibus inenarrabilibus sibi ostendendo
suam humanitatem O mira et inexqui
sita pietas O inestimabilis boni
tas O nova et inaudita humilitas
xpus dei filius de patre et in teme
rata virgine natus Rex regum et dns
dnancium Surgit a cena vestimenta
deponit se linteo cingit Aqua in
pelvim mittit ante discipulos vene
randa genua flectit humilis et pii
ius pedes discipulorum lavit Quis
unquam audivit talia O quam stupen
da pietas et mira dei clemencia la
uit pedes discipulorum qui de nichillo

cuncta creavit Quid tibi videtur qui
cumque es homo Unde ira accedit sup
bia consumit ira pturbat supbia de
vastat pmit gladium festinus ad supbiam
O supbe O genus diaboli O apostota
xpiane O sine nequam Quid tibi vi
detur creatorem tuo dedeco tuo primus
lavit pedes disciplorum Et tu dedig
naris humiliari fribus offensis O sine ma
le semine chanaan et non iuda Am
es pactorem supbie deceptus Cur non
consideras quis est ille quem p supbiam
sequeris Et quis est ille quem p humili
tatem imitari contempnis Aqua bonus
est ille a quo devias Et quam malus
est ille quem sequeris Ille est diabolus
iste est deus Elige quem imitari est
melius O supbe non ne frons tua eru
bescat Erubesce vas stercorum ulterius
habere supbiam An ignoras quia supbis
deus resistit humilibus autem dat
graciam suam Exue enim te veterem hominem
et indue novum videlicet dnm ihm
et reformabit corpus humilitatis tue
configuratum corpori claritatis sue Disce
queso ulterius hic humilitatem p humili
auctorem Ita sequitur venit ad symo
nem petrum et dicit ei petrus Dne
tu michi lavas pedes Respondit ihs
et dixit ei Quod ego facio tu nescis
modo scies autem postea Quando ihs
pedes discipulorum lavare cepit prius
ad primum aplorum venit Et ideo petrus
expavit quod deus lavaret pedes homi
Ita pavore pterritus non potuit susti
nere deum ad pedes suos humiliari
videat suum aquam in pelvim mittere
se lintheo accingere et mirabatur for
te quid vellet facere Sed postquam vi
dit eum ante pedes suos vas cum
aqua portare genua flectere et ad
lavandum se pparare ultra quam dici
posset expavit et magno timore
pcussus [redacted] ingemuit Et
exclamavit dicens Dne tu m la
vas pedes Quasi dicat Quis sum
ego ut m laves pedes Creator cre
ator creature deus homini dns
suo mgr discipulo immo qui factus est
ex limo Ille qui fecit omnia ex nichil
lo Surge dne surge deus meus Quid

vis facere non poſſum ſuſtinere Non poſſunt
ſuffere oculi mei te videre ſic proclinum
ſic proſtratum ante pedes meos Surge
creator ſurge deus meus ſurge lux
mundi vita mea gloria mea Quid te
video facere velle At ihs ait Quod ego
facio tu neſcis modo ſcies autem poſtea
Ac ſi dicat Noli timere noli expaue
ſcere Cauſa petre magna ſunt hec
humilitatis indicia Sed cito videbis
maiora ſine modo Quia ſic oportet
fieri licet nunc ignores huius rei
miſterium ſcies poſtea Miſterium eſt
exemplum eſt quod iturus ad patrem relinquo
tibi Ideo noli prohibere quod facio tibi
Dicit ei petrus Non lauabis mihi pe
des in eternum Ac ſi dicat Et ſi miſ
terium ſit exemplum ſit Et quid vis
ſit non lauabis mihi pedes in eternum
Abſit a me domine ut mihi laues pedes
in eternum id eſt aliquo tempore Reſpon
dit ihs Si non lauero te non habe
bis partem mecum Quod dicitur te et non
pedes ſynodoche ibi eſt figura Cum quod
eſt partis attribuitur toto Ego ſum
aqua lauans ego ſum aqua ſancti
ficans Niſi te lauero non habebis
partem mecum Totus intremuit
nichil iam contradicens magiſtro
Non tantum pedes Sed totum ſe offert
ad abluendum dicens Domine non tantum
pedes meos ſed et manus et caput
Quid eſt quod dicis non habebo partem
tecum O quam amarum eſt quod dicis Nonne
tu vita mea dulcedo mea ſpes
mea ſalus mea et omne deſiderium
meum Ecce me fac quidquid vis de
me Laua pedes et non ſolum pedes
ſed et manus et caput Sed o domine
ihu cum hoc ſit verum quod nullus poſſit
habere partem tecum niſi prius laueris
eum Miſerere mei miſerere mei Ego ſum
ille peccator tu nosti totus immundus
totus ſordidus partem tecum habere
cupio partem habere deſidero Ne deſpi
cias me deus ſalutaris meus propicius eſto
mihi peccatori laua ſordidum laua
inquinatum laua pedes laua ma
nus laua caput immo totum cor
pus laua mentem laua animam laua
me interius et exterius laua me

ab iniquitate mea et a peccato meo munda
me Si laueris me ſuper niuem dealbabor
O domine ihu Quis dabit mihi ut venias
in cor meum et inebries me aqua
tua ut obliuiſcar mala mea peccata
et vnum bonum amplectar te vi
ta mea magis mortis dulcis anime
mee Veni domine et noli tardare ex
pectat anima mea tua pietas adſu
fficit penitendum ad bene viuere
dum tue gracie inſpiracione Dixiſti
petro Qui lotus eſt non indiget
niſi ut pedes lauet Ego non ſum
petrus lotus totus lauari indigeo
me tibi committo fac de me quidquid vis
Quia qui lotus eſt non indiget niſi ut
pedes lauet Hic innuitur apoſtolos
eſſe babtiſatos ſed non legimus vbi
Quoniam lotus eſt babtiſmo totus
eſt mundus Sed quia iterum terrene
inhabitacionis puluere inquinamur
opus eſt pedes lauare Quos lauat
dominus interpellans pro nobis et nos ipſi
orando in contricione cordis et compunc
tione lacrimarum Ille eciam qui in
odio viciorum ſtudet dum in aliis pul
ſanti ſponſo predicando aperire pergit
pedes inquinat Quia vitas
humiliter audit Sed ſine periculo
non predicatur Hec enim ſponſa in
canticis exhortati ea ſponſo
ad predicandum ait Laui pedes meos
quomodo inquinabo eos Ac ſi dicat
Remoui me a predicacione Quomodo
rem incipiam Laui cogitaciones et
affecciones meas Quomodo inqui
nabor ſordibus mundi Unde ſequitur
Et vos mundi eſtis ſed non omnes
Exponit euangeliſta cum dicit
Sciebat ihs quis cum eſſet traditurus
propterea dixit non eſtis mundi omnes
Sequitur poſtquam lauit pedes eorum
accepit veſtimenta ſua Et cum re
cubuiſſet iterum dixit eis Scitis
quid fecerim vobis Ego dominus et
magiſter exemplum dedi vobis ut et
vos ita faciatis Hoc ſi in communi co
medatis expoſitum eſt poſtquam
lauit pedes diſcipulorum id eſt

impleta purgacōe peccatoꝝ p ſagui
nem ſuū accepit veſtimenta qa
im mortalis factus Cū recubui
ſſet id eſt cū ad dexterā pris ſe
diſſet Dixit p ſpm ſanctū miſſū
in linguis igneis O beatos pedes
o pedes fellices qui tale ac tantū
meruerūt hrē lauatorē De pe
dib9 ellectoꝝ dico de Jude tradito
ris pedib9 nō dico O petre bte
o fellices apli ante quoꝝ pedes
aſtitit humilis creator angeloꝝ
o beata purgacio o beata lauacio
Que mūdat lepros curat egrotos
vulnera ſanat cicatrices ſolidat
lumine donat cecis greſſu clau
dis pulcritudine fedis dimicias
egenis meſtis leticiā peniten
tibus veniā mortuis vitam
O grande gaudiū in meſa leticia
xpus poſtquā lauit pedes diſ
cipuloꝝ ſua veſtimēta accepit
Poſt mortē carnis gloriam ha
buit reſurectōis poſt ſāguinis
effuſionē accepit corporis imor
talitatē De inde recubuit de
inde requieuit De illo acubitu
diſcipulis intonat inſtruit docet
p ſpm ſanctū & quid dicit Scitis
quid fecerim vobis hoc eſt q
petro pmiſit dicēs Scies autē
poſtea Et q dt vos vocatis me ꝛc
Nō eſt de arogācia ſꝫ de vitate Cum
enī neceſſitate cogente vera
de ſe bona loquitur Tanto magis
humilitati iungitur quāto & veri
tati ſociatur Vos vocatis me
mgr & dñe ꝛc Ego ſū mgr ſine
errore ego ſū mgr ſine falſitate
Ego ſum mgr bonitatis Ego ſū
mgr vitatis Qui ſequitur me bñ
vadit ambulare male nō poterit
Ego ſū dñs vite dñs mortis dñs
celi dñs tre Creator cunctoꝝ dñs
oim Si ergo ego laui pedes vros
dñs & mgr Et vos debetis alter
alterius lauare pedes Sicut ipſe
exemplo ſic mūc eos verbo inſtruit
mgr vitatis Et eſt ſenſſus Si ego
laui pedes veſtros id eſt Si ego
dimiſi pctā veſtra Qui ſum

dñs & mgr Et vos qui eſtis fri
& diſcipuli debetis in vos pecca
tibus dimitte & peis orare Audi
te plati qui cathedrā tenetis
regiminis putas ne tenetis exe
plū dni Vnuſquiſqꝫ veſtrū que
mat ꝯſciencia ſua gaudeat ſi
teneat ſi nō teneat iā nō eſt
diſcipul9 Melius illi eſſet ut
hrēt molā aſinariam in collo et
demergeretur in pfūdū maris quā eſſꝫ
ſortitus nomē abbatis Melius
illi eſſet ſi cuſtos porcoꝝ eſſet
quā q eſſet abbas monachoꝝ O
pelluis dni O humilitas xpi quā
longe receſſiſti O quā ſūt rari
o quā ſūt pauci qui aquā in pel
uim mittat et flexo poplite ad
lauandū pedes diſcipuloꝝ ſe p
paret Peccat fr offendit fr in
aliquo delicto incidit Nō eſt pelluis
nō eſt aqua nō eſt qui ſe pparet
ad illū abluendū ſꝫ potius ad ex
pellendū Diſcite plati quia
hoc nō eſt de regula xpi Ipſe
lauit pedes diſcipuloꝝ geni
bus flexis Et vos nō vultis
lauare ſordes veſtroꝝ ꝯſuoꝝ
Nō eſt diſcipulus ſup mgrm pec
cat fr puluere in pede portat
imo forte toto tempore ſtabeſcat
in cute Tolle aquā tolle doctrinā
de pelui xpi de ꝓceptis dni Cur
re ad eū Nō in equo pharaonis
Sed in humilitate ſaluatoris vultu
placido mēte tranquilla Qua
tinus pt lauare feſtina Ne pul
uis vertatur in ſcabie Scabies
vertatur in lepra et ille cpſus expel
latur de grege dni Sed ſi obſtina
tus fuerit et emēdari noluerit
dicēs nō lauabis mi pedes me
ūm Dic & tu ei Si nō lauero te
nō habebis partē mecū cū xpo
dño Poſtea ſi cū petro aſentire
voluerit laua cū ſūma humilitate
et manſuetudine & mia ut tu ipſe
adeo miſericordia ꝯſequaris Qui
ſi nō feceritis nō tenetis exēplū

xpi nec estis discipuli xpi No
est seruus maior dno suo Nec apls
maior eo qui misit eu Ac si dicat
Qr ego facio vos face debetis Si
cut ego patior vos patimi Sicut
ego me humilio & vos humiliamini
Si hec scitis que feci & docui Bti
eritis si feceritis No de omib9
dico ego scio quos elegerim No
de omib9 dicebat quia iudas apo
stota erat Elegerat xps sz vnus
diabolus erat Judas scarioth
Qui qtu dnm leuauit calcaneu
de quo ipe dixit ut impleatur
scriptura qui manducat pane meu
leuabit qtu me calcaneu suu
O Judas infelix dnicu panem
manducasti & qtu dnm calcaneu
leuasti Heu quanti mec qui pane
dni manducat Et dnm in opibus
suis calce peruciunt Quanti de altari
viuunt qui altari no seruiunt imo dnm
altaris pinchillo ducunt Heu q ma
gis dolendu est Quanti sacerdotes
sz falsi sacerdotes Qui pane ide cor
pus xpi sumunt ore et xpm qculcant
pede putridi fetore luxurie infecti
veneno nequitie Isti sunt iudas
scarioth Qui nisi se in melius commu
tauerint utina nati no essent Sed
tu serue dei monache xpi tene exemplu
et habebis pmissu Fac q iussit
ut possis venire ad illam beati
tudine qua pmisit Sequitur Amo
do dico vobis priusq fiat ut cu
factu fuerit credatis qa ego
sum Et est sensus usq hunc tolle
rami & tacui sed ia no to pditore
ante qua fiat q mox est facie
du Vos igitur fres mei discipli
xpi Cogitate quid scarioth fecit
et videte ne qsimilia faciatis
Judas qtu xpm leuauit calcaneu
vos aute ante illu psternite to
tu corpus et aiam Judas ab illo
recessit vos aute sequimi illu
Judas vendidit illu iudeis vos
aute vendite oia que habetis
ut possitis qparare illu no solu oia
que habetis Sed vos met ipos
pamore tante pulcritudinis mar
garite pinchillo reputetis Et illi
soli place quatu potestis qtedite
vt ego & vos ad illa gaudia sine fi
ne mansura que ipe est valeamus puenire
Omnem de iure qditionis humane
omnem hominez exire oporteat
ad opus suu et ad opatione suam
usq ad vespera Necesse est ut vnus
quisq du in corpore viuit opari no
cesset q sibi expediat in eternu Sgit
cu nichil sit dulcius nichil cautius
qua respicere in mandatis dni et
in lege xpi meditari Elegi de fructu
labiorz meorz cuilibet dare pete
ti Tu aute mi lector diligenter
ausculta et quid tibi pmc xpus
loquatur obserua Cristus ipe est quo
nullus maior nullus pulcrior null9
dulcior nullus carior Gloria factorz
decor angelorz Auctor et creator
cunctorz Qui ait discipulis suis Am
dico vobis Qui accipit si que mi
sero me accipit post q dns & sal
uator nr suo exeplo docuerat hu
militate et carnis passione Supponit
honore ut eos qsolet & afirmans
q ipe & pr eius in illis recipit
Qui p eius amore suscipiunt Hic
est notadu q in misso no i missis
sed mitentis auctoritas comen
datur Qui ergo accipit nunciu
xpi xpm accipit et si xpm & prem
xpi Quid audis o xpiane veritas
loquitur veritas mentiri no pt Aut
em Qui accipit si que misero
me accipit Quae mitit quis est
nuncius venit paup venit me
dicus aduena & pegrinus No habet
quid vestiat no habet quid ma
ducet no hz vbi caput reclinet
venit ad ianua tua ad domu tua
petit pane postulat veste a hospi
tiu pamore xpi Quid tibi videtur
Quis est iste medicus aut peg
inus Missus xpi est nuncius xpi
est No est solus qa cu illo est xps
Gaudes suscipe gratanter refice
xpm suscipis xpm reficis Gaude
et letare Qua talem hre me
ruisti qvina Felix messa beata
messa in qua xps qvinat in qua
deus reficitur Infelix messa
cui de est talis qvina O quam
misera massa imo qua miser
dus messe qui paupem pellit

amessa cum pauperi claudit viscera
misericordie O quam nequam cuius
viscera negligunt aperire marsupium
pietatis Quomodo tibi donavit quod habes
non ne pauperis et tui creator Non ne
natura vos creavit equales et
una eadem que conditione intrastis mundum
intrastis et eadem conditione estis
exituri Cur non te tangunt gemina
cordis Suscipe miserum recollige
advenam et peregrinum Refice famelicum
vesti nudum Nam helemosinam tuam
cum paupere fratre suscipit xpistus Tu at
mi lector ne pauperem queso abhor
reas Sed tam cito cum eum videris illum
adire non negligas licet sit stabio
sus sive leprosus veste sordidus an
helitu fetidus tamen brachiis ca
ritatis astringe et quod ante peccavit
caritatis impende In veritate do
nas xpisto accipit xpistus Ipse met est
testis ipse mentiri non potest Et in die
iudicii tibi rediturus est in vitam
eternam Sequitur Cum hoc dixisset ihesus
turbatus spiritu et protestatus est et dixit
Amen amen dico vobis Quia unus
ex vobis me tradet Quod turbatus
fuit ihesus ex cura infirmitate non
ex sua potestate Sicut enim naturam
passa voluntarie tamen accipit tur
bationem Nec deserit sinus turbatus
necessitate Sed notandum quod sunt
due perturbationes Turbatio car
nis et turbatio spiritus Turbatio car
nis est passio carnis Turbatio
spiritus est timor et anxietas
et similia Non carne sed spiritu tur
batur dominus cum dicit unus ex vobis me
tradet Non quod tunc primo subito
cognovit et repentinum malum
eum turbavit Sed quia fuerat iam
eum expressurus ut non lateret Et ille
erat exiturus et iudeos adducturus
Turbavit eum proximum periculum pro
ditoris sicut superius dictum est
Turbavit eum imminens passio
sicut inferius dicetur Nunc anima
mea turbata est Quia unus ex vobis
me tradet unus ex vobis Sed non
vobis vinculo caritatis innexus

est me traditurus Aspiciebant ergo dis
cipuli ad invicem hesitantes de quo
diceret Non minima turbatio timor et
anxietas apostolorum mentem vexabat
Nam pallor qui erat in facie declara
bat dolorem qui erat in mente At iudas
nil gesserat doloris Quia astuta rapi
do portabat sub pectore vulpe Non
erat dolens cum ingens dolori esse
debebat O bonitas creatoris O pie
tas redemptoris neminem vult perire
sed omnes salvos fieri Specialiter
non designat traditorem suum ne
fieret impudentior vel verecundior
manifeste reprehensus Committit ergo
crimen in animo et dat locum penitencie
ut proditor videns se latere non posse
agat penitentiam Sed heu ille proditoris
nullius penitencie lamenta suscipiens
Talis vel peior remansit qualis
fuerat prius Illi vero quorum procella
doloris corda turbabat se ad invicem
aspiciebant dubitantes de quo diceret
Quia et si nota fuit cuique conscientia sua
alterius tamen fuit ignota Erat ergo
recumbens unus ex discipulis in sinu
ihesu Felix in qua discipulus ille cui
sic familiaris erat auctor vite cum
sui capitis habuit reclinatorium
Tam venerabile pectus ihesu xpisti crea
toris auctoris Ihesus autem cum valde
diligebat quem tanto honore sub
limabat O qua beate quiescebat
qui supra pectus xpisti recumbebat
O beate Iohannes apostole dei Utinam
ego mererer illius dulcissimos pedes
osculando lacrimis rigare in cuius
pectore tu meruisti repausare Utinam
faciem eius saltim a longe possem
contemplari in cuius pectore tu dulciter
recumbere meruisti Hic enim de se quasi
de alio dicit ut rerum gestarum scriptor non
sui videatur predicator esse Per sinum
sive pectus significatur illud secretum
de quo bibit divinitatis sacramentum
Hunc diligebat ihesus non plus omnibus
sed familiarius ut propter castitatem exiret de vita
non per passionem Huic innuit symon
petrus et dixit quis est de quo
dicit Solebat enim petrus Quia

qdam puilegio amois Johanem
diligebat nec ei celaret sue diui
nitatis secretu Ita qz cu recubu
isset sup pectq ihu dixit Dne quis
est Et incito de pditore suo magis
tru interrogare no timuit et dixit
Dne quis est Quis est ille infelix
quis est ille nequa Quis est ille
maledictq Quis est traditor tuus
Illu in rogo ne celes Cui tue di
uinitatis secreta reuelare dign
tus es Cui dns ille est cui ego
pane intinctu porrexero Et cu
intinxisset pane dedit iude sca
rioth Iste panis intinctq significat
fictione Unde Qui fictus amicq
venit ad cena Quae cui tingut
no mundat sz inficiut Sed quis
panis iste fuit que iudas acce
pit intinctu Sciendu est q pa
nis mltipl accipit in sacra
scptura p pane aliqn intelligit
dns aliqn gra spualis Aliqn
erudicio dine doctrine Aliqn
hereticoz pdicacio Aliqn subsidiu
vite psentis Aliqn iocunditas hu
mane delectacionis Dns dr panis
Sicut ipe ait ego su panis viuq
qui de celo descendi Si volumq
dice q dns fuit ille panis que
traditor accepit intinctu no
relinquq tramite veritatis Iu
das go pane intinctu accepit
Quia dnm Ihm tantu hoiem et
no deu putauit Iste beatissiq
panis fuit intinctus cu pende
ret in cruce p nra salute et
visus est no hre speciem neqz de
core Adhuc iudei huc panem
intinctu comedut Quia xpm ihm
no deu sz puz hoiem credetes
fuisse Et morte eius gcedut
Sz resurrectione adhuc no ad
mitut pane intinctu rodit
qui filiu virginis ante omnia se
cula fuisse gtdicit Nec huc
pane solidu digne poterit ma
ducare qui fide catholica volue
rit infirmare Dicit panis
gra spualis ut est illud ppheticu Qui
obdurat aures suas ne audiat san
guine Iste in excelsis habitabit et
